Virtus est bonum facere: malum non facere. Lucillius: paucis uersibus collegit & enarrat diffinitionẽ uirtutis: cum ait. Virtus scire homini rectum: utile quid sit honestũ: quæ bona quæ mala. Item qd inutile turpe inhonestum: uirtus querẽdæ rei finẽ scire modumq;. Virtus diuitiis pretium persolueꝛ posse. Virtus id dare quod re ipsa debeꝛ honori: hostem eẽ atq; inimicũ hominũ morũq; bonorum. Cõmoda præterea patriæ sibi prima putare. Deinde parentum. Tertia iam supremaq; nostra. Virtus inquit Seneca, non aliud q̃ recta rõ est: cui astipulatur hoc in loco. M. Tullius. Virtus ut auctor est Augu. in. iiii. de ciuitate dei a ueteribus definita est. Ars bene recteq; uiuendi. Vnde ab eo qđ græce arete dicitꝛ uirtus: nomen artis latinos traduxisse putauerunt. Virtutẽ antiqui deã fecerũt: quã Augu. nõ esse deã sed donũ dei asserit. Cice. in rhetoricis uirturem sic diffinit. Virtus ẽ aĩ habitus naturæ mõ atq; ratiõi cõsentaneus. Sua sponte laudabilis: reꝝ expetẽdarũ tria genera sunt. nã ẽ quiddã quod sua ui nos alliciat ad sese non emolumẽto captans aliquo. sed trahens sua dignitate: quod genus ẽ uirtus. sciẽtia. ueritas. est aliud nõ ꝓpter se sed propter fructũ atq; utilitatẽ petẽdũ: qđ pecunia est. Est porro quiddã ĩtermediũ: qđ sua ui & utilitate nos inductor ducit: quo magis expeteꝛ. ut amicitia & bona existimatio. Aristo. ait in prĩo ethicoꝝ uirtutẽ experitum ꝓpter se tum ꝓpter fœlicitatẽ: ꝑ illam namq; fœlices nos fere cõfidimus. Sic malo: potius uolo. κακιαν. Diuus Hieronimus in explanatione illius loci ex euãgelio nolite solliciti esse de crastino. sufficit enĩ dici malicia sua sic exponit. κακια quã latinus uertit in maliciam apud græcos duo significat & maliciã & afflictionẽ: quã κακωσιν græci dñt: & hoc magis pro malitia trãsferri debuit. Cice. mauult κακιον uitiositatẽ interꝑtari q̃ maliciã. Cũ uitiositas: nomẽ sit generalius ad oĩa uitia pertinẽs malicia specialius apud ueteres malicia erat. τουμεσον quasi sit & bõa & mala: ut dolus bonus & malus. hĩc illud plautinũ cum laude: te ciuem sũma omni malicia. P. Africãus oia mala inquit ꝓbra. flagitia: quæ homines faciunt in duabus rebus sunt malicia atq; nequitia. Turbidi motus: Apuleius nõ minus licenter q̃ decenter turbelas appellat hosce turbidos motus ꝑturbationũ. Cũ ait in demõio Socratis. Quæ oẽs turbelæ tempestatesq; procul a deorũ celestium tranqllitate exulant. Impotẽtiam: Scilicet imporant. Est autem impotentia immodica immoderataq; potentia. Impotens fortuna: impotens tyrannus dicitur a nimia licentia nimiaq; potentia. Suetonis ait Cæsarem edere solitum uoces impotentiæ. Alacritatem: In malis dici alacritatem testis est Nonius. Et indicat Cicero cum ait uitum temperatum constantem eẽ sine alacritate sine ulla libidine. Asconius pedianus tradit alacrem dici eum qui uiget sensibus uniuersis: qđ est iudicium erecti animi atq; sublimis: sicut econtrario. Lacer dicitur amputatis ĩ corpore membris: hoc est auribus oculis manibus: quod & ad animũ sepe transfertur: sic Alacer dicitur is cui oĩs sensus in suo loco quisque degat: illud quoque intelligitur: aliud esse alacrem: aliud letum: sunt quia alacrem festinantẽ & properum dici putent: quasi alis acrem. Vt ille qui uoluptatem: Hoc sumptum est ex fabula uetusti poetæ fortassis Cecilii: apud quem inducebatur adolescens ex nimia uoluptate impios animi & de errans a rõe nimioq; gaudio penæ desipiens: Simachus ait lætiticiam esse sumet ipsius ostẽtationem. M. Tullius epistola quadam ad Cecilium mutuatur hæc eadem uerba eandemque sententiam tanquam aliena. Sic enim scribit. Repente uero incessi omnibus læticiis. In quo cum obiurgaret ꝗ nimio gaudio dissiperem. Ita me defendebam: uoluptatem animĩ nimiam: quidã codices habent non animi sed homini. ut sit sensus nimiam homini uoluptatem esse causam disipientiæ. Quod liquet exemplo illius Histrionis: Qui a Mithridate factus repente ditissimus per urbem concitatus currebat ex gaudio: ex quo cum a prætereuntibus irrideretur uersus ad illos non id mirandum esse dicebat: sed potius quod obuios lapidibus non fereret: ꝑ leticia insaniens. Quis aliquis. Proximus est. miseriæ prouenienti ex egritudine siue tristitia: uicina ẽ miseria proueniens ex metu appropiquãtis mali nam sicut affligitur quispiam ex tristitia: sic cruciatur ex metu

fonte ducuntur. Quando igitur uirtus est affectio animi constans conueniensq;: laudabiles efficiens eos: in qbus est & ipsa ꝑ se sua sponte: separata etiã utilitate laudabilis: ex ea proficiscũtur honeste uoluntates sententiæ actiones: omnisq; recta ratio: q̃q̃ ipa uirtus breuissime ratio recta dici potest. Huius igitur uirtutis cõtraria ẽ uitiositas. sic enim malo q̃ malitia appellare eam: quam græci κακιαν appellant nam malitia certi cuiusdam uitii nomen est. uitiositas omnium. Ex qua cogitantur perturbationes: q̃ sunt ut pauloante diximus turbidi animorum concitatique motus auersi a ratione & inimicissimi mẽtis uitæque tranquillæ. Important enim ægritudines anxias atque acerbas animosque affligunt: & đbilitant metu. Item inflammant appetitione nimia quam tum cupiditatem: tum libidinem dicimus: impotentiam quandam animi a temperantia & moderatione plurimum dissidentem: quæ si quando adepta est id quod ei fuerit cõcupitum: tum fert alacritatem: ut nihil esse constet quod agat: ut ille qui uoluptatem animi nimiam summum errorem esse arbitratur. eorum igitur malorum ĩ una uirtute posita sanatio est. Quid autem est non miserius solũ: sed fœdius etiam & deformiꝰ q̃ ægritudine: quis afflictus debilitatusque iacens: cui miseriæ proximus

nietu: tanquam metus & egritudo duæ sint carnificinæ duoq; animi tortores. Pendet animi: animo suspẽso est & sollicito. Vim mali: ita distingue: nam mali casus est genitiuus neutri generis: ne forte iungas mali poetæ. Impendere saxum tantalo. Mar. Tullius in primo de finibus. accedit etiam mors: quæ quasi saxum tantalo semper impendet: quibus uerbis saxum tantali refert nunc uero ad dolorem & metum decẽter acommodat. tanquam dolor aut terror semper impendeat quibusdam sicut saxum tantalo. Plato ĩ cratylo tantalon interpraetatur dici quasi talantaton hoc est miserrimum infoelicissimumque: cui uiuenti adhuc aduersa plurima & grauia cõtigerunt. — *Saxum tantalo impendẽs Tantalus unde*

est is: qui appropinquans aliquod malum metuit: exanimatusq; pẽdet animi. quã uim significãtes mali poetæ impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera animiq; impotentiam & superbiloquentiam. ea cõmunis pœna stultitiæ est. omnibus enim quorum mens abhorret a ratiõe semper aliqs aliis dolor aliis terror impendet. atq; ut hæ tabificæ mentis perturbationes sũt egritudinem dico & metum: sic hilariores illæ: cupiditas auide semper aliquid expetens: & inanis alacritas: idest læticia gestiens non multum differunt ab amentia. Ex quo intelligitur qualis ille sit: quem tũ moderatũ alias modestum & temperantem: alias constantem: cõtinentẽq; dicimus. Nonnunquã hæc eadem uocabula: ad frugalitatis nomẽ tanquã ad caput referre uolumus quod nisi eo nomine uirtutes continerẽtur nunquam illud ita paruulgatũ esset: ut iam prouerbii locum optineret. hoĩem frugi oĩa recte facer̃: qd idem cum stoici de sapiente dicunt: nimis admirabiliter: nimisq; magnifice dicer̃ uidet̃: ergo is qũs est q̃ moderatione & constantia quietus aĩo ẽ: sibiq; ipse placatus: ut neq; tabescat molestiis neq; frangat̃ timore: nec sciẽter qd appetẽs ardeat desiderio: nec alacritate futuli gestiens deliquescat. Is est sapiens quem querimus: Is est beatus: cui nihil humanarum rerum aut intolerabile: ad dimitendũ animum: aut nimis letabile ad efferẽdũ uideri potest. Quid. n. uideatur ei magnũ ĩ rebus hũanis: cui eternitas oĩs totiusq; mundi nota sit magnitudo? Nã quid aut ĩ studiis humanis: aut in tam exigua uitæ breuitate magnum sapienti uideri potest? qui semp aĩo sic excubat: ut ei nihil improuissum accider̃ possit nihil inopinatum: nihil omnino nouum. Atq; idem ita acrem ĩ omnes partes aciẽ intẽdit: ut semper uideat sedem sibi ac locum sine molestia atq; angore uiuẽdi: ut quẽcũq; casum fortuna inuexerit: hunc apte & quiete ferat: qd qui faciet non ægritudĩe solũ uacabit: sed etiã perturbatiõibus reliqs omnibus. his autem uacuus animus pfecte atq; absolute beatos efficit. Ideq; ocitatus & abstractus ab integra certaq; ratiõe: nõ constantiam solum amittit, uerum ẽt

Defuncto præterea saxum in capur pẽdet: quæ sors certe durissima est. Lucretius & alii existimant superstitiosos significari p eos: quibus casurum imminet saxum. Animi impotentiam: immodicam potentiam ut supra: sisenna leticia nimia atq; impotẽtia aĩ commotus. Superbiloquentia: a superbe loquẽdo compositum uocabulum. nouantur enim uerba ex cõiunctione: ut uersutilo quas malitias. Dixit uetus poeta: ut ĩcuruescere. sic autem dicitur superbiloquẽtia: ut breuiloquentia. ab eodẽ Mar. tullio dicta est. ferunt tãtalum iouis filium secreta deorum prodidisse reuelasseq; p quãdã animi impotentiam: quæ mensæ participatione usuque deorũ nouerat. ex hac superbiloquẽtia apud ĩferos mulctatus. hic ouidius. hoc illi garrula lĩgua dedit. Dolor: hoc ad egritudinẽ refertur. sicut terror ad metum. Tabifice: perturbationes duas metũ & egritudinẽ. optimo epitheto tabificas appellat: quoniam mentem lacerãt. animum exedunt tabem. cruciatũ. afflictionẽ inferunt liuoris uenenum tabificum dicitur a poeta. tabificabile dixerunt ueteres. — *Supbiloquentia* — *Breuiloquentia* — *Tabificæ pturbationes* — *Tabificabile*

Ad frugalitatis nomẽ: dictũ ẽ in tertia tusculana: frugalitatẽ eẽ matrẽ & caput cũctarũ uirtutũ: cuius noĩe temperantia moderatio & modestia continent̃: quæ fortitudinem prudentiam iustitiam complexa ẽ. — *Frugi* — *Futulia uasa* — *Futulis*

Homiem frugi: utilem necessarium moderatum omni uirtute præpolentem. in tertio commentario fusius uberiusq; pscripsi sup hac dictione. Futuli. mani: futilia uasa sũt lato ore fundo angusto. q̃bus utebãtur in sacris deæ uestæ. nam cũ aqua ad sacra uestæ pertinens in terra nõ ponat̃. i. d. n. piaculum foret: excogitatum est uas quod stare non possit: sed positum statim funderetur. Vnde a fundendo uocata sũt futilia. sic & futiles homines dicti. qui silere tacenda non possunt: sed ea effundunt. Ad efferendum: abiiciendum: affligendum deprimendum: quod in rebus aduersis fieri solet. Quid magnum: suspicire inquit Boetius cœlum & dsinite uilia ac terrena mirari. sapiens ut ait seneca plenus est gaudio. hilaris placidus ĩ cõcussus: cum diis ex pari uiuit. Item talis ẽ animus sapiẽtis qualis mundus super lunam semp illic serenũ ẽ. Nihil iprouisũ: Seneca. sapiẽs ad oẽm ĩ cursum munitus est & intentus. Sapiens dicit illud poeticum. Non ulla laborum o uirgo noua mi facies inopinaue surgit: omnia percepi atq; animo mecum ipse peregi. — *Sapiens plenus gaudio* — *omnia percepi*

Stoici extirpāt affectus
Peripatetici tēperant
Seneca stoicus

Eneruata ratio pipateticorum: Inter stoicos & pipateticos dissidium est. stoici enim ut supra docuimus, asserunt perturbationes & affectus omnes extirpari posse de mentibus & nullam fibram radiculamq; uitiorum in homine omnino residere assidua meditatione uirtutum. Contra peripatetici. qui ex Aristotelis fōte fluxerūt & noui academici affectus moderatur ac temperāt; aduersus quos. M. Tul. in præsentia tāquam stoicus alacriter disputat neruosq; contendit: quod & Seneca ubiq; librorum efficere conat. Dogmatis stoicorum propugnator acerrimus: qui in epistolis ad Lucilium sic scribit: utrum satius sit modicos habere affectus an nullos sepe qsitum est. Nostri illos expellunt peripatetici temperāt. Ego nō uideo: quo modo salubris eē aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Ceterū Hieronymus: Lactātius: Augustinus: ecclesiastici doctores reprobant egritudinem stoicorū approbantes mediocritatem peripateticorum: quod & ratio demonstrat & sensus cōis exposcit. namq; extirpare radicitus affectus ē hominem ex homine tollere: & icorpore cōstitutū esse sine corpore & optare potius q̄ docere: meritoq; scripsit flaccus si satyra.

Ecclesiastici contra stoicos
Hoiem ex hoie tollere
Lex mētis repugnans corpori
Letitiæ affectus in splene
Libido in iecore
Timor in corde
Immobilis stupor
Aius imotus iutilis
Modus optimus
Ex leucate precipitiū
Salus ad amorē
Sapho ex leucate se dedit

Nā uitiis nemo sine nascit. optimus ille ē: q minimis urget & apostolica sentētia est. Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ. Naturalia.n.hæc sunt non uoluntaria quæ peripatetici pui dērer & necessario nobis insita esse demonstrāt. stoici ergo ut lactāti uerbis utar furiosi: qui ea non temperāt: sed abscindūt. arebusq; a natura insitis castrare hominē quodāmodo uolunt: quod tale est quale si uelint aut metū detrahere ceruis aut uenenū anguibus aut irā feris aut placiditatē pecudibus qd. si ut medici dīt lætitiæ affectus ī splene ē iræ in fellæ. libidinis in iecore: timoris in corde: facilius est interficere aīal ipm: q ex corpe aliqd euellere: qd est animātis naturā uelle mutare: sed hoies prudentes nō intelligunt cum uitia ex homine tollunt: etiam uirtutem se tollere cui soli locū faciūt. sunt enim hæc implicata: ut alterum sine altero esse non possit. Nunc q hāc immobilitatem animi assecūt: priuare animum uita uolūt: quia uita actuosa ē: mors quieta qui euellit affectus quibus omnis constat humanitas: ad immobilem stuporem: mentis hominem perducere uult: frustra student stoici animum a perturbationibus liberare: & ut ipsi dicunt: quietū tranqllumque reddere: quod fieri nec potest nec oportet: cum animus immotus ac torpens inutilis sit etiam sibi necuitam ipsam tueri possit: sed nunc audiamus Marcum Tullium stoicæ sectæ defensorem subneruare conantem orationes rationesque peripateticorum de moderandis affectibus. Aliter inueterata: Leuius minorique egritudine. Aliter recentia: grauius maiorique moesticia. Modumque egritudinis. Temperamentum: moderationemque: ut modice temperateque dolendum sit: modus ut ait Plautus optimus est in rebus omnibus. Fratris repulsam: De hoc Plinius in septimo Publius Rutilius morbo leui impeditus nunciata fratris repulsa in consolatus petitione illico expirauit. Summa: aceruatio & cumulus. Qui modum uitio querit: aiunt peripatetici: non est nimia leticia gestiendum: sed modice. Dolebimus sed parum concupiscemus temperare: irascemur. sed placabimur. hoc uero tale eē uidetur. dicit aduersarius: q uale si dicerent non esse currendum concitate: sed gradiendum moderate: at potest & qui graditur errare & qui currit rectā uitam tenere. Cice. ait similiter facere peripateticos modum uitio adhibentes: ut si putent hominē sustinere se posse in media ex saxo præcipitione: sed sicut q se pcipitauit sese amplius moderari & retinere nō pōt. sic animus perturbatione impulsus cohibere se non potest: sed præceps fertur: quod aūt e leucate: præcipitauerit: non credas simpliciter significari locū editum: ex quo pcipitatior sit ruina, sed signare locutus est: ad historiam spectans. est enim in epiro leucadum litus. promontorium leucates: ubi ē petra eiusdem nominis albicanti colore in pelagus porrecta. ibi saltus fiebat antiquitus: qui ad sedandos amores ualere credebat: quo in loco sapho pria dicit ab excelsa leucate se se deiecisse stimulāte cupidie: sicut menāder auctor est: præruptam nacta in transitu petram cupidinis oestro percita. ex summo præceps cui. ex ai tui sentētia rex iperiose, antiqores scriptores nō sapho sed cephalū primū ide desiluisse tradūt ptarolæ

Cephalus

sanitatem. Quo circa mollis & eneruata putanda ē peripateticorum ratio & oratio: qui perturbari animos necesse esse dicūt. sed adhibent modum quendam quem ultra pgredi non oporteat. modum tu adhibes uitio: an uitium nullum est non parere rationi? an ratio parum pcipit? nec bonum illud esse quod aut cupias ardenter: aut adeptus te efferas insolenter: Nec porro malum: quo aut oppressus iaceas: aut ne opprimare mente uix constes: eaq; omnia: aut nimis tristia: aut nimis leta errore fieri: Qui sic error stultis extenuetur die: ut cum eadem res maneat: aliter feras inueterata: aliter recētia: sapientem ne attigat quidem omnino. Etenim quis erit tandem modus iste. Quæramus enim modum ægritudinis: in quo operæ plurimum pōit: Aegre tulisse. P. Rutilium fratris repulsam cōsolatus scriptum apud Fanium est. sed tamē transisse modū uidetur: quippe q ob eam causam a uita recessit. Moderatius igitur ferre debuit. Quid si cū id ferret immodice: mors liberorum accessisset. nata eēt ægritudo noua: sed ea modica: magna tn̄ facta eēt accessio qd si deinde dolores graues corpis si bonorum amisso: si cæcitas: si exiliū si p singulis malis ægritudīes accederēt sūma ea fieret q̄ nō sustineret. Quid modum

amoribus captum.hinc se deucalion pyrrhæ succensus amore misit & illeso corpe pressit aquas.ob hoc sapho in epistola ad phaonem ituram sese esse ad leucatemq́; indeq́; se deiecturā minatur. Ibimus o nymphæ monstrata saxa petemus: sit procul insano uictus amore timor.mox in calce epistolæ. sic inquit o saltē misere rere crudelis epistola dicat.ut mihi leucadiæ fata petant aquæ.hoc ītelligi uoluit ausonius.illo uersu:& q̄ nimbosa saltum leucate minatur:hoc signat papinius cū sic scribit in epicedio parentis:saltusq́; ingressa uiriles non formidata temeraria leucade sapho:quāuis quidā aliter legant aliterq́; interptentur.locū hūc ex quito siluarū.

Deucalion desiluit

igitur uitio querit:similiter facit si posse putet eum q se e leucade præcipitauerit sustinere se cum uelit. Vt enim id non pōt: sic anim⁹ pturbatus & incitatus nec cohibere se pōt: nec quo loco uult insistere oīno. Quæq; crescētia pniciosa sūt:eadē sunt uitiosa nascētia.ægritudo āt cæteræq; pturbatiōes amplificate certe pestiferæ sūt: igitur ēt susceptæ cōtinuo in magna pestis parte uersant.etenim ipæ se ipellūt: ubi semel a rōne discessū est:ipsaq; sibi ībecillitas indulget:in altūq; prouehit̄ imprudēs:nec reperitio cū cōsistēdi: Quamobrē nihil interest:utrū moderatas pturbatiōes approbēt: aū moderatā ī iustitiā moderatā ignauiā moderatā ītēperātiam. Qui eni uitiis modū appōit:his ptē suscipit uitiorum quod cū ipm per se odiosum est tū eo molestius. qa sūt in lubrico incitataq; semel in procliue labunt̄: sustineriq; nllo mō possunt qd q idē piparetici pturbationes istas q̄s nos extirpādas putam⁹: nō mō naturales eē dnt sed ēt utiliter a natura datas. quoꝝ est talis orō. Primū multis uerbis iracūdie laudāt cotem fortitudīs esse dnt:multoq; & in honestē & īprobū ciuem uehemētiores iratorū impetus eē. Leuis aūt ratiunculas eoꝝ q ita cogitarent.preliū rectū ē hoc fieri: cōuenit dimicare pro legibus pro libertate p patria. Hæc nullā habēt uim nisi ira excanduit fortitudo: nec uero de bellatoribus solū disputāt: imperia seuiora nulla eē putant sine aliqua acerbitate iracundiæ. Oratorem deniq; non modo accusantem sed ne defendentem quidem probant sine aculeis iracundiæ. Quæ etiam non adsit si tamē uerbis atq; motu simulādam arbitrantur: ut auditoris irā

to siluarū. Vinosa nascentia: sic argumentū: quod crescendo pniciosum ē idē uitiosum est nascēdo. pturbatiōes āt amplificatæ sūt noxiæ. ergo nascentes & in ortu sunt pestiferæ. est aūt syllogismus integer cōstās ex ppositiōe.assumptiōe.& cōclusiōe. propositio ē q̄q; nascentia.assūptio. egritudīes aūt conclusio. Igit̄ & susceptæ.īterdū quīq; partitæ sūt argumētatiōes in qbus est propositio. ppositiōis approbatio. assūptio assumptiōis approbatio & cōplexio. Quedā sūt q̄dripartita argumēta. q̄dā bipartita: de qbus apud phos.& rhetoricos doctores latissimæ disputat̄. An moderatā iniustitiā. Verū aliud est. moderatas eē pturbatiōes. Aliud moderatā iniusticiā & ignauiam. perturbatiōes enim siue affectus ingerunt̄ a natura atq; implicant̄. ut diuelli nō possint. iniusticia & ignauia nō sunt naturales sed uolūtariū. Partē uitioꝝ: nō uideo inqt Seneca: quomō salubris esse aut utilis possit ulla mediocritas morbi. Imbecillitas indulget: imbecillis prīo est oīs affectus deinde. ipse se concitat:& uires dum pcedit parat Procliue: pcliuiter & uelut in pceps. Cotē fortitudines ira inqt Aristo.princeps pipareticoꝝ necessaria ē: nec qc q̄ sine illa expugnari potest. nisi illa impleat aīum ut spiritū accēdat.utēdū āt illa ē non ut duce: sed ut milite: utilis inqt ira ē quia pugnatores facit: ut scias inqt an ita hēat in se generosi aliqd.liberas uidebis gētes: q̄ iracundissimæ sunt:ut germanos & scytas. ubiq; Arist. iræ defensor ē;atq; effectus:quosdā si quis illis bene utat̄ p armis eē: & irā cū primis: quā cotem fortitudinis dnt: quia sicut cos acuit ferrū. Ita ira acuit aīos & accendit. ira legū psidē ciuitatisq; rectorem dicer. aufer iram regi nō mō nemo parebit. sed ēt de fastigio pcipitabit̄: imo uero ut Lactātii uerbis utar. cuilibet homini eripe hūc affectū qseū nō spoliabit: qs non dridebit: qs nō afficiet iniuria: In deū cadit ira ne sit imobilis.irasci,rōis est auferūt.n.delicta & refrenat̄ licētia stoici nō uiderūt eē duplicem irā. iustā & iniustam: ideoq; eā penitus excidere uoluerūt:cū altera sit euellēda:altera tēperada: cosāt q̄ acutū ferrū reddere ualet: exors ipa secādi uaria est.sunt cotes oleariæ:sūt cotes aquariæ.Pli.ait italiā dare cotes aquarias limæ uice īperantes ferro:idem.in.xxxyi.tradit creticas cotes acuēdo ferro diu maximā laudē hūisse: secūda laus est laconicæ. Inter aq̄rias naxiæ cotis laus maxīa fuit.ex oleo & aqua ciliciæ pollēt. qdā cotes saliua hoīs pficiūt: q in tōstrinaꝝ officinis inutilis ē fragili mollicia: flamilitanæ ex hispāia in eo genere pcipuæ. Leuis ratiūculas: dicūt pipatetici rōes eoꝝ eē futiles & ībecillas: q aiūt pugnandū eē p legibus p pria: q & illi fatent̄.sed citra irā dicūt fortitudinē futurā mārā & debilē: opus.n.eē ira: q̄ fortitudinem acuat spiritū accēdat.mētes īflammet. Excāduit: exarsit īcaluit. Oratorē deiq; oratorem inqt Arist. iratus aliqn̄ melior ē. Sene.uero ait.nō iratus orator est melior imo imitatus iratum. M ant. orator apd̄.M.tul.i li.d ora.differēs pcipit in dicēdo irascendum dolēdū.flēdum eē; q in cā porāda non dubitauit diloricare tunicā aqlii rei: & iudicibus cicatrices aduersas senis īpatoris ostendere.neq;.n.fieri potest;ut doleat is qui audit; ut oderit, ut irascatur; ut ad fletum misericordiamque deducatur; nisi oēs hi motus; quos orator adhibere uolet iu-

Syllogismus
Quiq; partitæ argumētatiōes
Perturbationes a natura
Iniustitia uolūtaria
Ira cos fortitudinis
Vtilis ira
In deū cadit ira
Cotes oleariæ aquariæ creticæ cotes Flaminitanæ
Orator .M.Antonius diloricauit tunicā aqlii

Si uis me flere dolē dū ipsi tibi
Vir
Lenitas
Lenitudo
Lentitudo
Lenti q

dici.in ipso oratore impressi esse atq; iniusti uidebunť. Virū uideri:a uirilitate uir & uirtute itelligēdus
est:tanq̄ ille sit uere uir uereq; uirilis ac fortis.qui ira excādescat.attamē uotū satyrographi ē nesciat irasci
cupiat nihil.Lenitatē:lenitas & acerbitas opponuntur.est enim lenitas mansuetudo quædam & benignitas
lenitas legum a Cicerone dicta cū laude in oratiōe pro.C.rabirio.idem in inuectiuis lenitatis suę identidē
meminit. Lenitudinis nomine.nonius Marcellus lenitudinem dici pro lenitate demōstrat.& nullus ignorat.sed hoc in loco non lenitudinis lego sed lentitudinis.ut sit sensus. lentitudinem dici in hominibus qui
irasci nesciunt. pro lenitate siue lentitudīe
qđ nomē in uitio est & cadit in uituperatio
nē:cū lenitas siue lenitudo ī laude sit lenti
tudinē improbamus lenitatē probamus.lē
tos dicimus hoies qui non mouenť affecti
bus ac ueluti æquanimitate torpētes stupēt
& tarditate pigrātur.Propert.hostibus eue
niat lenta puella meis.Pli.inuere uideť.lē
tū & lentitudinem driuari a legumina: cui
lens ē nomē.sic enim de lēte scribit in.xviii.
translatū ē i lenticulas nomē. inuenio apđ
auctores æquanimitatē fieri uescētibus ea.
M.tul.i epistola ad quintū fratrē didasca
lica.nō irasci inquit lētitudinis est. Libidi

Libido

nē:cupiditatē ulciscendi.sic enim ira diffi
nitur:est libido generale uocabulū omniū
cupiditatū. Nisi quod libeat:tāq̄ ab eo qđ
libet libido dicta sit. ex qua libidīe siue cu
piditate in animis flagrante præclaræ res a
mortalibus conficiantur. Noctu ambu
labat in publico: exemplo themistoclis de

oratoris incēdat actio. Virum deniq; uideri negāt q irasci nesciat. Eamq; quā lenitatē nos dicim⁹: uitioso lentitudinis nomine appellāt. Nec uero solū hāc libidinem laudāt: ē enim ira ut modo diffiniui ulciscendi libido: sed illud ipsum genus uel libidīs uel cupiditatis ad summam utilitatem esse dicunt a natura datum: Nihil enim quemq̄ nisi q libeat præclare facere posse. Noctu ambulabat in publico themistocles q somnū capere non posset: querētibus q respondebat. Milciadis tropheis se e somno susci tari. Cui non sunt auditæ demosthenis uigiliæ: q dolere se aiebat si quādo opificum ante lucana uictus esset industria: Philosophiæ deiq; ipsius principes nunquam in suis studiis tantos ꝓgressus sine

mosthenis & aliorū. docet præclara fieri nō posse sine flagrāti libidine siue cupiditate q stimulus inflāmat
excitatq; aios generosos ad magna capescēda ad noctes insōnes agēdas.ad labores exāclandos. themistocles
neoclis filius:cū adhuc eēt adolescens inter potus & mulieres uolutabať:at postea q̄ persæ milciadis uirtu
te.& auspitiis i campis marathoniis ꝓfligati sūt:nihil amplius p intemperantiá facere uisus ē.Mirātibus tā

Exēplū Themistoclis

tā uitæ morūq; mutationē dicere solebat.milciadis trophea neq; sinere ipm dormire:neq; ociosum ac desi
dem esse:itaq; themistoclis adolescētis uitia.magnis sunt emendata uirtutibus:đ quo Plut.herodotus.thu
cidides.ꝓbus:emilius.cæteri satis multa. & qm̄ in mētionē icidimus themistoclis in trāscursu ē pēsiculan
dus locus ex libro de senectute:ubi sic loquiť Cato portius:est istud quidē leli aliquid sed nequaquam in
isto sunt oīa:ut themistoclē ferūt seriphio cuidā in iurgio respōdisse:cū ille dixisset nō eū sua sed patriæ

Amussitatus locus Cic. ex catōe
Seriphius ignobilis
Vindemia ex racemis platonis

gloria splēdorē assequtū.nō hercle iqt.Si ego seriphius eēm. ignobilis:nec si tu atheniēsis eēs.clarus nunquam fuisses.hactenus.M.tul.ul apud Mar.tullium Cato.i hoc aūt textu pensitandū est uerbum illud. Si
ego seriphius essem ignobilis:utrū ignobilis:an nobilis legendū sit.& profecto siqs diligēter introspexerit
medulā uerboꝝ & sanguinē historiamq; perspexerit.cēsebit legendū esse nobilis.nō ignobilis:qđ & uerba
plutarchi græca demonstrant sic scribentis αληθη λεγεσ ειπε. αλλ ουτ αν εγω σεριφιοσ ων εγενομην ενδοξοσ. ουτε συ αθηναιοσ. idest uera inquit dici. Verum neque ego seriphius existens essem clarus siue nobili
neq; tu si atheniēsis.Quod si legere lubet ignobilis:potiusq̄ nobilis.sicut habent pleriq; omnes codices: auctorem habebis platonem quem sequaris:ex cuius racemis.M.Tullius sibi uindemiam fecit. q sic ait ī primo de re.pub.uerum illud themistoclis pulchre se habet:qui seriphio cuidam sibi per contumeliá obiciē

Exēplū belbitāi
Prouerbium demosthene
Vigiliæ demosthenis

ti.quod non propter seipsum:sed propter eius patriam.tantam esse gloriam cōsecutus. ita respondit. equidē si ipse seriphius essem in eadem gloria uiuerem:tu uero si atheniensis minime: lectio superior magis q̄
drare uideť.cū sentētia Ciceronis:cui consimile est illud herodoti ex libro.viii.qui tradit.nō seriphiū hominē sed belbitanum nomine timodemū fuisse: qui infensus themistocli liuore. insaniens criminī dabat
itionem illius in spartam dicens:illum athenarum respectu non sui ab lacedemoniis honores assecutū: &
cum non faceret finem talia dicendi.inquit ei themistocles.o homo ita res habet. nec ego sit belbitanus forēsic a spartanis honoratus fuissem:nec tu etiam si esses atheniensis. Demosthenis uigiliæ:nimiū studiū
in orationibus componendis. Demostheni Regulo oratorum pytheas & alii obiicientes dicebant.. τατου εκινου ελλυχνιον οζειν. Hoc est opera illius lucernam olere. Demosthenes enim flagrans studio eloquentiæ.iugiter lucubrabat:& ut auctor est Plutarchus:sæpe duos uel tres menses continuos domi inclusus sine itermissione studebat:abrasa parte capitis:ut exeundi facultatem sibi ipsi præriperet. Dicitur in
eo quoque tantum studium fuisse tantusque labor:ut Impedimenta naturæ.Balbus enim erat:diligentia

Plus olei q̄ uini expendit

industriaque superauerit.qui coniectis in os calculis summa uoce uersus multos uno spiritu pronunciare
consuescebat neque consistens loco sed inambulans atque ascensu arduo ingrediens.Diuus Hiero.i hanc
sententiam sic scribit.demosthenes plus olei q̄ uini expendisse dicitur & omnes opifices nocturnis semper
uigiliis puēisse. Lustrasse pythagorā:Pli.i.xxx.refert pythagorá.democritū: platonē: ad magiá discēdā
nauigasse exiliis uerius q̄ perigrinationibus susceptis.Hieronymus in prologo ueteris instrumēti: legimus
inquit

inquit quosdam lustrasse prouincias nouos adiisse populos: maria transisse: cupiditate studiorum. sic pythagoras memphiticos uates: sic Plato egyptum laboriosissime peragrauit: dum litteras quasi toto orbe fugientes persequitur. Democritus consectatus magos: de magica scripsit patrimonium suũ patriæ donauit: quo expeditius perigrinaretur philosopharetur. Egritudinẽ a natura: peripatetici tristitiam: quã egritudo est dicunt utiliter necessarie prudenter a natura datã esse hoibus sicut reliquos affectus: ut. s. hoiem doleant in delicto: & conscientia mordeant quæ mille testiũ loco est quæres, pficit ad recte uiuendũ. Ignominia sine dolore is impune peccat: q ignominiæ notã infamiæ sugillationem nihil pendit: quam uerent omnes pbi: nam ut ante dictum est. uir generosus existimat nullũ malũ esse peius dedecore & infamia. Ab Afranio. poeta hic fuit: conditor togatorũ clarissimus: de quo oratius: dr Afranii toga conuenire menandro: hunc ait Quintili. inquinasse argumenta fedis amoribus puerorum: inducebat ab afranio in fabula dissolutus filius: qui castigatus a patre & conscientia teste affectus: ita dolenter loquitur: heu miserum me: quo audito pater letatus q filium dolentem ex delicto uidebat: subiunxit doleat: qd libet dũmõ aliqd doleat: ostendens ægritudinẽ alubriter constitutã esse: hoc Afranianum usurpat in epistolis ad atticũ cũ ait: sed tñ dummõ dolcana aliquid doleant qd libet.

Pythagoras Plato.
Lustratores orbis
Democritus
Afranius togatarius

Egritudinis partes singulis perturbationibus partes plures subiciunt: egritudini subiecta sũt misericordia emulatio obtrectatio luctus angor lamentatio & alia complura. Obtrectare: dixit supra obtrectatio est ea: quã intelligi zelotypiã uolo egritudo ex eo: quod alter quoque potiat eo: quod ille cõcupierit. Metum. xenophon in oeconomico & columela: prodiderunt metũ utilem esse plurimũque conferre ad diligentiã custodiendi. Resecanda esse: pipatetici affectiones mediocriter temperant resecantes: q nimia sunt stoici radicitus euellũt ac penitus extirpant. Mediocritatem optimã: dicunt αρετας ειναι τας μεσοτητας. uirtutes esse mediocritates: aurea ab oratio mediocritas cognominatur: ex qua est illud pbabile i oi uita μηδὲν ἄγαν. i. ne qd nimis. Apud academicos uerecundia hoc iõ infert ut ostendat academicos ob uerecũdiã nõ audere pipateticis cõtradicere: qbus stoici utpote, iuerecũdiores libere rñdent: in epistola ad papiriũ petum: ego ferio & feruabo: sic. n. assueui platonis uerecũdiã. Digladient dissideãt dissentiant depugnent: tractũ uerbũ a gladiis & a gladiatorio certamie: Hiero. uidi duos digladiantes. Cice. in. i. academicorum: q antipater digladiat cũ carneade tot uoluminibus. sensus est stoici & pipatetici inter se dissideant atque depugnent put lubet: cũ id nihil ad me: q nlli secte addictus: nihil necessario pbare cogor: sed id sequor qd uerissimilimum uideat: ex instituto socratico academicaque disciplina. Diffinitio: ex diffinitione pturbatiõis sñm Zenonem colligit rõnes probabiles ad confutanda decreta peripateticorum in moderandis perturbatiõibus. nam si perturbationis diffinitio proba est:

Dum doleat aliqd
Aurea mediocritas
Platonis uerecũdia
Digladiari

flagranti cupiditate facere potuissent. Vltimas terras lustrasse Pythagorã. Democritũ. Platonẽ accepimus. Vbi. n. qd esset q disci posset: eo ueniendũ iudicauerunt nũ putamus hæc fieri sine sũmo cupiditatis ardore potuisse: ipsam ægritudinẽ: quã nos ut terrã: & imanẽ beluã fugiendã esse diximus: nõ sine magna utilitate a natura dicunt cõstitutam: ut oẽs castigationibus. rephensionibus: ignominiis affici se in delicto dolerẽt. ĩpunitas. n. peccatorum data uĩ eis q & ignominiã & infamiã ferunt sine dolore. Morderi est melius cõsciã: ex quo est illud e uita ductũ ab Afranio. Nã cũ dissolutus filius heu me miserum dixisset: tũ seuerus pr: dummõ doleat aliqd doleat quod lubet. Reliquas quoque partes egritudĩs utiles esse dicunt. Misericordiam ad opẽ ferendam & calamitates hominũ ĩdignorum fubleuandas: ipm illud æmulari obtrectare non esse inutile: cum aut se nõ idẽ uideat ɔsecutũ qd alium aut alium idẽ qd se. Metum uero si qs sustulisset oẽm uitæ diligentiam sublatã fore: q summa esse in eis: qui leges: qui magistratus: q paupertatẽ: qui ignominiã: q mortem: qui dolorem timerent. Hæc tñ ita disputant: ut resecanda esse fateant: euelli penitus dicant nec posse: nec opus esse. Vt in oibus fere rebus mediocritatem esse optimã existiment. Quæ cũ exponũt nihil ne tibi uidẽtur: an aliquid dicere. A. mihi uero dicere aliquid itaque expecto quid ad ista. M. reperiam fortasse: sed illud ante: uides ne qñta fuerit apd academicos uerecũdia? Plane. n. dicunt qd ad rem pertineat: peripateticis respõdetur a stoicis. Digladientur illi per me licet: cui nihil ẽ necesse: nisi ubi sit illud quod uerisimilimũ uideat ĩquirere. Quid est igitur quo occurrat in hac qstione: e qua possit attingi aliqd uerisimile quo longius mẽs humana progredi non põt: diffinitio perturbationis qua recte zenonẽ usum puto. Ita. n. definit ut pturbatio sit aduersa rõne cõtra naturã aĩ cõmotio: uel breuius. ut pturbatio sit appetitus uehemẽtior. Vehemẽtior aũt intelligatur is q pcul absit a naturæ constãtia. Quid ad has diffinitiones possim dicere? atqui hæc pleraque sunt prudenter acuteque differentium:

Videlicet commotio animi contra naturam auersa. A ratiõe omnis perturbatio etiam modica erit repudiã da: tanq̃ rationi contraria; & procul a naturæ constantia. Ardores animoꝝ: peripatetici iram utilem eẽ ne cessariamq; asserentes appellant ardores animoꝝ; & cotes uirtutum impetus illos iracundiæ; qua animi ac ceduntur; & uirtu acuitur. Nunc Cicero ex stoica doctrina disserit aduersus sententias peripateticorum.

Genera gladiatoꝝ

Gladiatorum id quidem. s. stomachari; indignari: ira excãdescere. In eis gladiatoribus. In illo genere scilicet gladiatorum: ex quibus alii retiarii: alii mirmyllones dicebantur; quidam secutores: quidam tuni cati; q̃dã thraces dicti: emeritos rudiarios appellant: de quibus affatim apud Suetoni um. Pacideianus nomẽ est famosi gladia toris; cuius meminit oratius in sermonibus cum ait; qui peccas minus atq; ego cũ fului rutubæq; aut pacideiani cõtento poplite mi rer prœlia rubrica picta aut carbone; uelut si re uera pugnent: feriant uitẽq; mouentes.

Rudiarii

Pacideianus de quo Oratius

Occidam ilum. uersus lucilii ex ꝑsona pa cideiani gladiatoris irato aĩo pugnantis ad uersus alteꝝ gladiatorẽ. In os; idest ipe pri us uulnerabor i ore ab aduersario: quã ego illum confodiã. Sura. pulpa cruris; suras esse homini tantum & crura carnosa; testis est Plinius in. xi. apud auctores reperitur in ægypto quædam non habuisse suras. Pro gredientẽ apud homerũ aiacem: homerus in septimo iliados: inducit hectorem ꝓce res græcorum ad singulare certamẽ prouo cantem: ex quo nouem sortes in galeam de iecerunt constituentes ut ille pugnaret cu ius soes exisset: fuerunt autem hi; agamen non; diomedes; duo aiaces. Idomeneus me riones: eurypilus: thoas: & ulysses: q̃bus for tientibus: interea milites obsecrabãt: ut aia cis telamonii aut diomedis: ut agamẽnonis sors exiret: atq; ita euenit: aiacis quem potis simum cupiebant sors ꝓlata est; qui arma tus ꝓgressit in mediũ sicut ingenti corpore ita animo quoq; ingenti: ridenti uultu; ple no gradu. trabalem lanceam quatiens: quo uiso græci letati sunt troiani metu perculsi adeo ut ipsum quoq; hectorẽ corde ob me tum uehementius palpitante ꝓuocasse pe niteret: aiax ꝓpius hectorem accessit allo cutusq; est: eiq; respondet hector; mox con gressi mutuis ictibus impetũt, adoriunt la cessunt; hector saxo enormi percussus resu pinaẜ: direpto per ꝑcones certamine laudat hector robur aiacis; seq; ambo honorificis muneribus uicissim ꝓsequũtur; hector en sẽ aiaci dono dat; ille hectora baltheo pul cherrimo remuneraẜ: atq; ita mutuis dona ti muneribus idiuersum uterq; digressi; ad suos reuerterunt. Torquatũ illũ historia manlii torquati; satis nota; qui gallum ꝓuocatorẽ cõgressus oc cidit; eiq; iacenti torquem aureum detraxit; sibiq; induit; ex quo sibi & posteris peperit torquati cognomẽ torquati quoq; milites dicti torquibus insigniti; ut docet uegerius. Apud clastidiũ; marcellus qui dictus est ob excellentem fortitudinem gladius Romanorum; qui Annibalem uinci posse dorur: uiridomarum gallorum in prœlio occidit; eiq; detracta opima spolia consecrauit Ioui pherethrio: de quo apud Proper num in quarto commentario fusius scripsi; id autem factum est apud clastidium oppidulum in ripa pa di situm. Plutarchus non uiridomarum sed brictomartum appellat regem illum; quem marcellus obtrũ cauit ingenti corporatura præditum: mox fusis hostibus Mediolanum cepit. De Africano: neotherõ: idest iuniorem Africanum intelligit: qui emilianus dicitur; qui procuratorem singulari ꝑlio uicit. Plini. & Var ro auctores sunt hunc Africanũ obsidionali corona donatum esse in Africa manilio consule. Cohortibus seruatis, totidemq; ad seruandas eas eductis; hic duos Romani imperii; terrores sustulit carthagine; numã naq; deletis. Haliẽnũ nomen ꝓpriũ in uertinis; mentio fit alterius haliẽni. Tyrãni: tarquinii superbi: & filii.

Sura

Sortes nouem

Sors aiacis

monomachia hectoris & aiacis

Mutua dona.

Torquatus a torq.

Clastidiũ

Emiliãus obsidionali corona donatus

illa quidem ex rhetorum pompa: ardores animoꝝ cotesq; uirtutum: an uero uir fortis nisi stomacha ri cœperit non potest fortius esse: gladiatorum id quidem quamquã in eis ipsis uidemus esse sæpe cõ stantiam colloquantur. congrediuntur: querũtur aliquid postulant: ut magis placati quam irati esse uideantur: sed illo genere sit sane pacideianus ali quis hoc animo: ut narrat Lucilius. Occidam illũ equidem & unicam si id queritis inquit. Verum il lud credo fore in os prius accipiam ipse. Quam gla dium in stomacho sura ac pulmonibus sisto. Odi hominem iratus pugno: nec lõgius quicquam uo bis: quam dextræ gladiũ dum accõmodet alter. Usq; adeo studio atque odio illius efferor ira. At sine hac gladiatoria iracundia uidemus progrediẽtem apud Homerum Aiacem multa cum hilaritate: cũ depugnaturus esset cum hectore: cuius ut arma sũ psit ingressio læticiam attulit sociis: terrorem autẽ hostibus ut ipsum Hectorem quemadmodum est apud Homerum totum pectore trementem prouo casse ad pugnam pœniteret. Atq; hi collocuti inter se priusquam manum consererent leniter & quiete nihil ne in ipsa quidem pugna iracunde rabioseue fecerũt. Ego ne torquatum quidem illum qui hoc cognomen inuenit: iratum existimo gallo torquẽ detraxisse. Nec Marcellũ apud Clastidiũ ideo fortẽ fuisse: qa fuerit iratus. De Africano quidẽ quia no tior est nobis propter recentem memoriã uel iura re possum: nõ illũ iracundia tũ inflãmatũ fuisse cũ in acie. M. Haliẽnum pelignum scuto protexit: gla diumq; hosti in pectus infixit. De. L. Bruto fortas

se dubitarim: an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntē inuaserit. Video.n.utrunq; cominus ictu cecidisse contrario: quid igit̃ huc ad hibetis irā: an fortitudo nisi īsanire cœpit: impetus suos non habet: quid Herculem quē in cœlum ista ipsa: quam uos iracundiam esse uultis: sustulit fortitudo: iratum ne censes cōflixisse cum erimātheo apro: ut leone nemeo: an etiam Theseus marathonii tauri cornua comprachendit iratus. Vide ne fortitudo minime sit rabiosa: sitq; iracundia tota leuitatis. Neq; enim est ulla fortitudo. quæ rationis expers est: contemnendæ sunt humanæ res negligenda mors est: patibiles & labores & dolores putandi hæc cum constituta sint iudicio atque cōstanti sententia: tum est robusta illa & stabilis fortitudo: nisi forte quæ uehementer acriter animose fiunt: iracūde fieri suspicamur. Mihi uero ne scipio quidem ille pontifex maximos qui hoc stoicorum uerum eē declarauit: nūquam iratum esse sapientem: iratus uidetur fuisse: cum Tibe. Graccho: tum cum consulem languentem reliquit atque ipse priuatus: ut si consul esset: qui rem pub. saluam esse uellet: se se qui iussit: nescio ecquid ipsi nos fortiter in rep. fecerimus si quid fecimus certe irati non fecimus. An ē quicq̄ similius insaniæ quam ira: q̄ bene Ennius dixit initium insaniæ: color uox oculi spūs impotētia

Effrenatius in Aruntem: brutus uindex Romanæ libertatis: exactor tarquinio℞ primus cōsul: in prœlio con gressus est: aduersus aruntem tarquinii superbi filium: qui inflāmatus ira: ubi brutum eē cognouit cōcitat calcaribus equum: atq; in ipm̄ infestus dirigit: sensit in se iri brutus auideq; se certamini offert: adeoq; infestis animis infestisq; telis concurrunt: ut contrario ictu uterq; trāsfixus duabus herentes hastis moribūdi ex equo lapsi sint: historiam luculenter copioseq; perscribunt Liuius Dionysius Plutarchus. Cominus: prope: eminus procul. Insanire cœperit: iram enim breuem insaniam esse dixerunt. Cum erimantheo apro: inter duodecim herculis labores famigeratos est aper erimāthius: & leo nemeus eurystheus eni herculi iniunxit: ut aprū erimantium archadiæ uastantem agros uiuum caperet: quod & si arduum factum uidebatur: tamen hercules prudentia ut uiribus usus facile prudentia & uiribus usus facile perfecit. Viuumque aprum ad euristeum deportauit: quo ille uiso paue factus se in aereo uase abscondit: reliqua de leone nemeo & hercule inuulgata sūt. Interiores tradunt herculē esse solem quasi heraclem .i. heras cleos: qđ significat iunōis .i. aeris gloriam q̄ porro alia aeris gloria nisi solis illuminatio: qui .xii. signa Zodiaci annuo cursu lustrat: & ob hoc dictus duodecim labores exanclasse. Illud quoq; obiter annotandū: qđ annotatu dignissimū est: herculē inter cætera cognomēta Alexicacon quoq; cognominari ab eo quod esset defensor hominum: depulsorq; malo℞: apud rhodios hercules colebat̃ cum conuitiis ac maledictis: cām refert Lactātius in .i. Marathonii tauri. Theseus herculis imitator. cuius nomen ī ore semper habebat: coryneporos .i. clauā ferens Marathonium taurum comprachendit per magna detrimenta inferentem: eumq; ab hercule olim ex creta ī pelopōnesum traductum athenas uiuum puexit: quē egeus pater sacrauit apollini. Auctores Diodorus & Plutarchus. Theseis tonsuræ genus ē a Theseo nuncupata: qua anteriores capilli tondentur: est autem marathon oppidum atticæ regionis: in campis marathoniis milciades persas funditus deleuit. Quæ rationis expers: cum fortitudo uirtus sit sine ratione esse non potest: ferocia enim illa rationis expers temeritas & audacia est: de qua ait Orati. Vis consilii expers mole ruit sua: fortitudo enim ut diffiniunt philosophi: est considerata periculorum susceptio & laborum perpessio: in meditullio timoris & audaciæ posita. Patibiles morbi & labores patibiles dicuntur: qui ferri tollerarique & possint & debeant sicut econtrario impatibiles morbos & cruciatus dicunt intollerabiles asperrimosque: quos ob magnitudinem ferre non possumus: dicitur & patibile ī actiua significatione quod pati potest: sicut impatibile quod pati non potest. Lactantius impatibili oriri non posse. Scipio ille pontifex: Scipionem nasicam intelligit qui rem publicam faucibus oppressam pestifera tiberii gracchi manu strangulari passus nō est. Nam cum tiberius gracchus in tribunatu profusissimis largitionibus & agrariis legibus fauorem populi occupasset: & rem publicam perturbaret. Conuocatus senatus a cōsule Mutio Sceuola deliberabat quid nam in tali tēpestate faciendum esset: cūctisq; censentibus ut consul armis rem publicam tueretur. Sceuola negauit se quicquā ui esse acturum: tum scipio nascica qm̄ inquit consul dum iuris ordinem sequit̃ id agit ut cum oībus legibus Romanum imperium corruat: ego priuatus uoluntati uestræ me offero: ac deinde leuam manum parte togæ circundans sublata dextra proclamauit: qui rem publicā saluā esse uolunt me sequant̃: eaq; uoce gracchū: cum scelerata factione: quas merebat̃ pœnas per soluere coegit: hic ut ait Augu. in .i. de ciui. dei cum esset pontifex maximus theatrum constitui uetuit: ne græca luxuria obreperet ad uirtutem romanorum labefactandam: sensus est scipionem non iratū compræsisse impetus tribunitios tiberii Gracchi. Si quid fecimus: hoc referendū est ad coniurationē Catilinæ: quā Cicero detexit uindicauitq;: significat aūt se non iratum sumpsisse supplicium de coniuratis: qui in tulliāo morte mulctati sunt. Initium dixit insaniæ. Ora. ait. Ira breuis furor est: quidam ē sapientibus Iris irā dixerunt esse breuem insaniam. Ennius dixit

Brutus in aruntem Tarquiū

Erimantium aper

Hercules sol

Alexicacos

Herculem colicū maledictis

Cotīephoros

Taurus marathonius

Theseis tōsura

Fortitudo quæ

Patibiles ipatibiles

Exemplū scipionis nascicæ

Qui rem pu. saluā uult me sequatur

Ira breuis insania

Initium insaniæ:ĩpotens enim sui est decorisoblita:ut scias inquit Seneca non esse sanos:quos ira possedit:
Signa irascentium ipsum illorum habitum intuere flagrant emicant oculi irascentiũ:multus ore totus rubor est labia quatiũ
tur:dentes comprimuntur:capilli subriguntur:spiritus stridens est. Gemitus mugitusq;:ut parum explana
tis uocibus. Sermo præruptus & complosæ sepius manus:& pulsata humus pedibus: feda uisu & horrẽda
Achilles iracũdissimus facies. Deprauantiũ se atq; intumescentiũ. Achille homerico fœdius: homerus in prima iliados achillẽ
iracundia æstuantem scribit. In iurgio aduersus agamẽnonem strinxisse gladiũ:illius trucidandi cã;sed cũ
pallas cohibuit. Agmemnon quoq; furenter
irascitur aduersus eũdem achillẽ:ob chry
seida patri redditam:lege Homerum latis
sime id totum explicãtem: de achille dixit
Orati. Inpiger iracũdus inexorabilis:acer.
Idem de agmẽnone & achille loquens ait:
hũc amor ira q dem cõiter urit utrũq;. Aia
cem ira. Seneca in hanc sniam. Aiacẽ ĩ mor
tem egit furor:in furorem ira:nam cũ resci
uisset quæ fecisset per insaniã incubuit gla
dio. Insani faciũt uehemẽtius. Insane dixe
runt ueteres cũ dicere uellent uehementer.
Insane p uehementer Propterea qd' insani ut interprætatur Mar.
Varro faciunt omnia uehementer. Sum
mam rem pfecit:narrat homerus in. xv. ilia
dos quẽadmodũ græci fuga cõsternati sũt:
utq; hector:cui iuppiter fauebat impetũ fe
cit ad classem græcoꝝ cremandam: cui rei
unus potissimũ aiax restitit arcens flãmam
confodiens troianos incendiarios. Exortãs
suos ad hostẽ repellẽdũ:& ita rem græcoꝝ
Aiax apud Ouidium labentem inclinatãq; restituit: hinc ait apd'
Oui. in. xiii. Nẽpe ego mille meo ptexi pe
ctore puppes spem uestri reditus. Stoma
Stomachabundus cho:indignatione & iracundia:inde stoma
chosus:& stomachabundus dr indignabun
Mouere stomachũ dus iracundusq; mouere stomachũ signifi
cat indignationẽ bilemq; atq; iracundiã ex
citare. M. Tul. non illi ut mihi stomachum
Fortitudo facerent:quem ego funditus pdidi: sed cer
te ut facere se arbitrarent. Fortitudo est
igit in rhetoricis ita diffinit:fortitudo ẽ re
rum magnaꝝ appetitio:& reꝝ humiliũ cõ
temptio:& laboris cum utilitate rationis p
pensio:& alibi fortitudo est considerata pe
riculorum susceptio & laborũ perpessio:
Andria græci andrian uocãt. Spheri. nomen ẽ phi
losophi:cuius alibi. M. Tulii. & Quintili.
meminerunt. Notiones. cõceptiones & in
telligentias:græci notionem uocant ἔννοιαν
Notio de qua supra diximus. Inuolutam:diffini
tionis officium ẽ ut euoluat inuoluta:expli
cet implicita: retegat operta. Male olet ce
nũ. Augu. in. i. de ciui. dei pari motu exagita
tum exalat Horribiliter cenũ: & suauiter
flagrat unguentum. Sentes: quia exagitatũ
spirat graueolentiam. Qualis est cum uxo
re:peripatetici ecclesiasticiq; doctores: iu
stum necessariumque esse tradũt uti ira ad
uersus minores:cuius affectus nobis datus
Ira necessaria ad coertionem est ad coercenda peccata eorum: qui sunt
in nostra potestate: ut filiorum: uxoris fa
mulorum:qui arctiore disciplina:ad pro
bitatem formandi sunt: quorum ætas nisi
metu cohibeatur: licentia fient deteriores:
& ab omne flagicium facinusq; præcipites.

dictorum atq; factorum quam partem habent sani
tatis. Quid Achille homerico fœdius. Quid Aga
mẽnone in iurgio: nam Aiacem quidem ira ad fu
rorem mortemq; perduxit: nõ igit quidem deside
rat fortitudo aduocatã iracundiã. satis est instructa
parata armata per sese: nam isto mõ q dem licet dice
re utilem uinolentiã ad fortitudinẽ: utilem etiam
dementiã. Quod & insani & ebrii multa faciunt ue
hementius: semper Aiax fortis tamen fortissimus ĩ
furore: nã facinus fecit maximum cum danais incli
nantibus summam rem perfecit. Manus prœlium
cũ restituit insaniens: dicamus igit utilẽ insaniam
tractata diffinitione fortitudinis: intelliges eã sto
macho non egere: fortitudo est igit aĩ affectio legi
summæ in ppetiendis rebus obtẽperans. Vel con
seruatio stabilis iudicii ĩ eis rebus: quæ formidolo
sæ uident subeundis & repellendis: uel scientia re
rum formidolosaꝝ cõtrariarumq;: aut oĩno negli
gendaꝝ conseruans eaꝝ reꝝ stabile iudicium: uel
breuius ut Chrysippus. nam supiores diffinitiões
erant spheri hominis in pmis bene diffinientis:
ut putãt stoici: sunt. n. oĩno oẽs fere similes: sed de
homũtulũ:de hoc sic cecinit silius.xiiii.punicoꝝ:uir fuit isthmiacis decus imortale colonis:ingenio facile ante alios telluris alumnos:nudus opũ sed cui cœlũ terraq; pareret relege quæ scripsimus:in primo cõmẽtario.sup archimede:machinalis sciẽtiæ scientissimo:q̃ dẽ Marcellus briareum uocitabat.q cum siracusæ caperent interdixit ne uiolaret unus:nisi fefelisset imperiũ militaris imprudẽtia.Nã dũ aio & oculis in terra defixis formas geometricas describit.ab ignaro milite qs esset interfectus ẽ.In roq; tumultu:nec discurrentes romanos:nec captas siracusas sensit ægre id marcellum tulisse memoriæ proditũ est sepulturæq; curã habitã:& ,ppinqs etiã ingsitis honori præsidioq; nomẽ eius ac memoriã fuisse:qdã autumãt archimedi ferentis ad marcelum: spheras & quædã alia mathematica:factos esse obuiã milites:euq; aurũ uase ferre suspicãtes obtrũcasse:id marcellũ adeo ægre tulisset:ut homicidã;pindeac detestabilẽ: maculosumq; abhominatus:sit in sepulchro archimedis posita fuit sphera cũ cylindro ad uiri syderalẽ machinalẽq; doctrinã significãdã.gloriat̃ M.T.se sepulchrum archimedis obsitũ ignorantiq; syracusanis r̃cognouisse:ex epitaphio & sphera. Apuluere:puluerẽ geometricũ significat quo machinarũ cõmentatores & geometriæ disciplinæ sciẽtes uarias formas figurasq; describũt:de quo Persius:nec q abaci numero:& secto in puluere mœtas scit risisse uafer:de archimede memoriæ ,pditum est interfectũ esse dũ intẽtus formis est quas in puluere descripserat.de hoc intelligi uult Apuleius cũ ait in magia:uexẽt abaco & puluisculo deæ dedisses:ob hũc puluere geometricũ.Marcianus quoq; sic scripsit pãdere puluereum formarum ductibus æquor.Plutarchus quoq; auctor est.Regiã Dionysii puluerulẽtã fuisse ob eorũ multitudinẽ: q geõetricas i puluere figuras describebãt Radiũ uero uirgã dici qua geometræ lineas formant:indicantq;:nemo uel mediocriter doctus ignorat:qui illud Virgilianum uel tñ legerit.Descripsit radio totũ q gentibus orbẽ.

Tetrum
De archimedis obitu

ergo iã cũ huius uita:qua tetrius: miserius: detestabilius excogitare nihil possum:Platonis aut Architæ uitã cõparabo doctorũ hominũ & plane sapientiũ. Ex eadẽ urbe humilẽ homunculum a puluere & radio excitabo:qui multis annis post fuit. Archimedẽ:cuius ego q̃stor ignoratũ ab syracusanis:cũ esse omnino negarẽt:septũ undiq; & uestitũ uepribus: & dumetis indagaui sepulchrũ.tenebã.n.quosdam senariolos:quos in eius monumẽto esse inscriptos acceperã:q declarabãt in sũmo sepulchro sphærã eẽ positã cũ cylindro. Ego aũt cũ oĩa collustrarẽ oculis est.n.ad portas agragianas magna frequentia sepulchroꝝ:animaduerti columnelã non multum edumis eminentem:in qua inerat sphæræ:figura:& chylindri:atq; ego statim syracusanis erãt ãt principes mecũ dixi me illud ipsum arbitrari esse:q̃d q̃rerẽ:imissi

Ego quæstor:cum sicilia duobus quæstoribus regi soleat:uno lilybitano:altero syracusano.Ma.Tullius lilybitanus fuit sexto peduceo prætore:de hac sua quæstura:scribit ipse affatim in uerrinis:& in orõne pro plancio:ubi ait nullius in sicilia quæsturã aut gratiorem aut clatiorem sua fuisse.

Vepribus:spinis & sentibus. Virgi.& hirsuti fecerunt corpora uepres:inde uepreta & υποκοριστικως:uepræcola:senticeta & spineta dñr:hoc est loca uepribus plena:in oratiõe pro festio:ex uepræculis extracta nitedula rempub.niteretur erodere. Vbi nitedulæ nomine mus significat. Dumetis.Antiqui dusmosum locũ dicebant:pro dumosum hoc est dumis plenũ:litteram.s.scilicet interserebant:& quæ nos dometa appellabant dometica:& dumosa:frõdosa:a dumis omnia:quo nomine spinæ & sentes:significantur. Senariolos: uersiculos a senis pedibus dictos:in senariis uersibus animauerterunt metrici duos primos pedes: item extremos duos:habere singulas posse integras partes orationis:medios haud unquã posse: Cum cylindro: cylindrus lapis teres est siue columela oblunga a uolubilitate dictus:de quo poeta.Area tũ primũ est: ingenti æquanda cylindro:si lapidẽ cylindrũ inquit chrysippus & repetit Gellius.per spacia terræ prona iacias:causam quidem ei.tu:& initium præcipitantiæ feceris:mox tamen ille præceps uolu etur:non qa tu id iam facias:sed q̃m ita sese modus eius:& formæ uolubilitas habet ab hac similitudioe gemmæ:proceriores cylindri nominantur:Plinius de beryllis scribens libro nouissimo na.historiæ.ideo siquit cylindros ex his facere malunt:quam gemmas:q̃m est summa commendatio in longitudine.Consimiliter Solinus idem tradens ait:i; dici reges hoc genus gemmarum in longissimos cylindros amant fingere. Cylindrorum in hoc significatu: meminit paulus iurisconsultus.ad titulum de auro & argento legato:a figura cylindri:qui teres est & oblongus cylindraceũ deriuatur.Plinius scribit siliqua spiso quod genus leguminis est cylindraceas esse:in sepulchro autem archimedis.adeo uidetur positus esse cylindrus cum sphæra:ut per sphæram sideralis scientia demonstraretur per cylindrum uero machinalis peritia in qua geometræ utuntur cylindro:nisi nomine cylindri uelis intelligi radium astrologicum:q cylindraciæ figuræ est:eosq; astrologi orbẽ cœlũq; describũt. Anaximander dixit terram esse forme cylindraceæ:unde cylindri forsan usus archimedi. Ad portas agragianas:nomen est portarum syracusanarum:sicut scea nomen fuit portæ troianæ.sicut emoroidæ thebarum portæ dictæ sunt. Columelam.Demetrius ut docet Cicero in libris de legibus:sepulchris nouis modum finiens:noluit super terræ tumulum statui nisi columnelam:quæ tribus cubitis non esse altior. Antiq auctore Quintiliano columam dicebant exempta littera.n.pro columna;unde per diminutionem columela dicitur columnela:apud ueteres.serui maiores in familia dicti sunt columelæ:uel a columna:uel a columine:sicut columen familiæ apud Plautum:& Terẽtium:lucili uersus est quẽ usurpat epigrãmatarius

Pulusculum geometricũ
Duo quæstores sicilienses
Vepres
Vepreta
Vepcula
nitedula
mus
Dusmosũ
Dumi
Senarioli
Cylindrus
Cylindri
Cylindraceum
Hemoroidæ portæ
Columa
Colũnela
columela
Columelæ serui
Columelares dẽtes

poeta de columela seruo. lucili columela hic situs ætrophanes. sunt & dentes in æqs a Plinio columelares dicti. Cum falcibus: falcarios appellant: q falcibus utuntur. de qbus Mar. Tul. in primo inuectiuarum contra Catilinam dico te prima nocte uenisse inter falcarios: quem locũ Priscianus exponens ait inter falcarios idest in locum ubi falcarii. Antiq falces seculas dixerunt a secando: quarũ multiiuga genera. In qbus sunt lumariæ: qbus secant lumecta: sic.n. spinæ appellantur: quas quoda terra agricole soluunt.i. luunt lumecta nominantur. sunt & falces surpiculæ uocatæ. a syrpando.i. ab alligando. hic proprie significantur falces lumariæ: repugnata.n. sunt lumecta hoc est uepres & spinæ. Basim: significat colũnelæ sepulchralis fundamentũ: nã basces sunt sustẽtacula columnarũ quod nullus ignorat. ab hac similitudine basces eleganter dicũt orbiculi illi qbus uasa in mensis colocant ne toralia polliant; trebatius iurisconsultus: sicut libro de legatis tertio proditum est: cui corinthia uasa legata essent: & basces huic quoq; horũ uasorũ collocandorũ causa paratas deberi respondit qd labeo nõ probat. si eas basces uasorũ numero testator habuerit. Exesis: corrosis & uetustate cõsumpris. nã ut iqt eleganter & uere ausonius monumẽta fatiscũt mors ẽt saxis nominibusq; uenit. Dimidiatis: qd distet dimidiatum a dimio diximus in cõmentariis Suetonii: & subtiliter docet Au. Gellius in.iii. Græciæ ciuitas: syracusas significat a græcis conditas: & græcarum ciuitatũ pulcherrimas: opulentissimasque. Doctissima. cum pp alios: tum maxime pp theocritũ: bucolici poematis scriptorẽ: q fuit syracusanus: & ut auctor est Solinus i polyhistore in sicilia primũ inuenta comœdia est. Cuius: archimedis. Ab hoie arpinate a Cice. se.n. ipsum arpinatem hoiem appellat: fuit autẽ arpinum duobus alũnis. Ca mario: & Mar. Tullio clarum.i. cum humanitate: antiq qui probe beneq; locuti sũt humanitatem appellarũt id prope modum quod græci. παιδείαν: nos eruditionẽ institutionẽq; in bonas artes dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetũtq; hi sunt uel maxime humanissimi: huius.n. sciẽtiæ cura & disciplina ex uniuersis aiantibus: uni homini data est: iccirco humanitas appellata. Ma. V. praxitele. inqt propter artificium ægregium nemini est paulum humaniori ignotus humaniori dixit pro eruditiori doctioriq; q ex libris: & historia cognouerit: qs fuerit praxiteles: hinc uulgo studia humanitatis hoc est eruditionis appellant̃ & dixit Au. Ge. in octauo de philippo alexãdri magni patre loquẽs a liberari inqt musa: & a studiis humanitatis nunq̃ abfuit: qn lapide comiterq; pleraq; & diceret & faceret. Mathematicum: archimedẽ intelligit. Tyrãnum: Dionysium. Alterius mens: archimedis. Pastus aiorum Dixit Hieronymus: libros nosti esse aiæ pabulum: & profecto nullus pastus: nullus cibus aiorum potest esse suauior: quã uestigano doctrinarum: & oblectatio litterarũ. Alterius cede. s. Dionysii. Democritum: de hisce philosophis supradiximus. Pars optima. mens & ratio optima pars est haud dubiæ in ipso homine: bonũ ãt mẽtis est uirtu. igit̃ frui uirtute: est beate uiuere. Fruendum est: frui ut subtiliter pensiuat. Augu. libro primo de doctrina christiana: & libro undecimo de ciuitate dei: est ea re uti: quæ nos non ad aliud referenda p se ipsam delectat; uti uero ea re: quã propter aliud q̃rimus: unde temporalibus magis utendum est fruendũ: ut frui mereamur æternis: atq præposteri homines frui uolunt nummo: uti aũt deo: qñ nummũ non pp deum impendunt. sed deũ pp nummũ colunt. Ex plenis gaudiis: diffinito beatitudinis est oium rerum optandarũ plenitudo: siue status ex oium rerum cõgregatione perfectus. Quidam præstans. quod Mar. Antonius in summo oratore fingendu factitabat qui cognitione tantum & mente cernebat speciem eloquentis quem re ipsa non uidebat. idem nunc Mar. Tullius præcipit esse faciendũ in sapiente ut animo & cognitione sapientis formam imagineturatque informet qualis fortasse

Inter falcarios
Seculæ
Lumariæ
Sirpiculæ
Lumecta
Basces colũnarũ
Basces uasorũ
Comedia in sicilia inuenta
Húmanitas p eruditione
Studia humanitatis
Libri pabulum aiorum
Frui qd
Vn
Frui nummo uti deo

cum falcibus multi purgarunt: & aperuerunt locũ: quo cũ patefactus esset aditus: ad aduersam basim: accessimus. Apparebat epigrãma exesis posterioribus partibus uersiculorũ dimidiatis fere. Ita nobilissima græciæ ciuitas: quõdã uero ẽt doctissima ciuis unius acutissimi monumẽtũ ignorasset: nisi ab homine arpinate didicisset sed redeat: unde aberrauit oro. Quis est.n. oium q̃ mõ cũ musis.i. cum humanitate: & cũ doctrina habeat aliquod cõmertium q̃ se non hunc mathematicũ malit q̃ illum tyrãnum: si uitæ modũ actionemq; quęrimus. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisq; alebat̃ cũ oblectatione solertię: q̃ est unus suauissimus pactus animorũ. Alteri⁹ in cæde & iniuriis cũ & diurno & nocturno metu. Age, confer Democritũ Pythagorã: Anaxagorã. Quæ regna: quas opes studiis eorũ: & delectationibus antepones? Et.n. quę pars optima est in homine: in ea sitũ esse necesse est illud qd quęris omniũ optimũ: quid est aũt in hoie sagaci ac bona mẽte melius? Eius bono fruẽdũ est igitur: si beati esse uolumus. Bonũ aũt mẽtis ẽ uirtus: ergo hac beatã uitã cõtineri necesse est hinc quæ pulchra honesta: p̃clara sunt: ut supradixi: sed dicẽdũ illud idẽ paulo uberius uidetur plena gaudiorũ sunt. Ex p̃pe tuis ãt plenisq; gaudiis cũ p̃spicuũ sit uitã beatã existere. seq̃t ut ea existat ex honestate: sed ne uerbis solũ attingamus ea q̃ uolumus ostẽdere: proponẽda quædã quasi mouẽtia sũt: q̃ nos magis ad cognitio

lis fortasse nemo unq̄ fuerit cui nihil de futurꝫ esse asseuerat ad uitā nō solū beatā: sed ēt beatissimā efficiē dam. Triplex aī fœtus. tres phiæ ptes significat naturalē moralē rōnalē. Vnus in cognitione: ptinet hoc ad physicen. i. naturalē phiam q̄ inuestigatione naturæ uersat̄: & rerꝫ naturaliū cās scrutat̄: de quo ait poeta fœlix q potuit rerꝫ cognoscere cās. Seneca in q̄ōibus naturalibus: tm̄ inqt īter duo phias interest: q̄rū inter deū & hoīem: altera docet q̄d in terris agendū sit altera q̄d agat̄ in cœlo: idē naturæ inqt rerꝫ gratias ago: cum secretiora eius intraui cum disco q̄ uniuersi materia sit q̄s auctor sit ac custos: q̄d sit deus an totus in se intendat an & ad nos aliq̄n respiciat: faciat quotidie aliq̄d an semel fecerit: ps mundi sit ad mundus. Idem alibi: refert rerꝫ natura nō sua sacra simul tradere: initiatos inquit nos credimus: in uestibulo eius hæremus. Illa archana nō pmiscue nec oībus patent reducta & in interiore clausa sunt sacrario.

Physica naturalis sacrarium naturæ clausum

nem intelligentiāq; conuertant: sumat̄. n. nobis q̄dam p̄stans uir optimis artibus. Isq; aīo parūper & cogitatione fingatur Primū ingenio eximio sit necesse est. Tardis. n. mentibus uirtus nō facile committit̄. deinde ad inuestigandā ueritatē studio īcitato: ex quo triplex ille aī fœtus existit. Vnus in cognitione rerꝫ positus: & in explicatiōe naturæ. Alter in descriptione expetendarꝫ fugiendarūue rerꝫ. Tertius in iudicādo quid cuiq; rei sit cōueniēs: q̄d repugnās in quo īest oīs tum subtilitas differēdi tū ueritas iudicandi. Quo tandē igit̄ gaudio affici necesse est sapientis aīum cū his habitantē: pnoctātēq; curis: & cū totius mundi motus cōuersionesq; pspexerit: sideraq; uiderit innumerabilia cœlo inhærentia cum eius ipsius motu cōgruere: certis infixa sedibus: sept̄ē alia suos quoq; tenere cursus: multū inter se aut altitudine aut hūilitate distātia: quorū uagi mot⁹: rata tn̄ & certa sui cursus spacia definiāt

Alter in descriptione hæc ad ethicen. i. moralem phiā referendū ē: q̄ diē moribus disputat & q̄d expetēdū quid ne fugiendum sit edocere. Tertius in iudicādo. ad logicē. i. rōalem phiam hoc ptiet: q̄ ppietate uerborum existit & structurā: & argumētatiōes ne p uero falsa subrepant. Boe. in cōmentaris topicorꝫ: hæc est inqt discipula quasi differendi q̄dā magistra: quā longicē rōnem ueteres peripatetici appellauerunt: continens in se inueniendi iudicandiq; peritiā: stoici hāc eandē rōnē diferēdi paulo angustius tractauerunt: nihil. n. de inuentione laborantes in sola tm̄ iudicatione consistunt: deq; ea pcepta multipliciter dantes; dialecticā nuncupauerunt. plato ēt dialecticā uocant; quasi dicat disputatoriā: siue disputatricē. Arist. uero longicā. rōnalem q̄ Cicero definiuit: diligentē rōnē diserendi: hanc diuidunt. In analyticā & topicā: topica uerba curat: & sensus & ordinē: analytica in uerba & significationes: diducit̄. Rursus eiusdē logice altero est: diducit̄. n. in duas ptes: unā inueniendi alterā iudicādi: nemo nāq; pōt diligēter diserere: nisi quale sit id: q̄d ad disputationē sumit̄ iudicauerit: nec est dubiū q̄n hoc iudiciū ad inuentionum uarietatē: sic accōmodādū. Etenī cū diffinit aliq̄s uel diuidit inuentione utit̄: sed an recte diffiuat uel diuidat iudicatione ppendit. Illa. n. pars q̄ in iudicando posita est uocat̄ analytice. Epicurei duas tm̄ partes philosophiæ putauerunt esse naturalē atq; moralem: sum mouentes rōnalem. Cyrenaici naturalia cū rōnalibus sustulerunt: & contenti fuerunt moralibus: quæ in quinq; partes diuidūt ut una sit de fugiendis & expetendis: altera de affectibus: tertia de actionibus: quarta de causis: quinta de argumentis. Aristochius non tantū superuacuas esse dixit naturalem & rōnalem sed ēt cōtrarias: moralem quoq; quam solam reliquerat circuncidit: nā eum locum: qui monitiones continet sustulit & pedagogi esse dixit nō philosophi. Quid consequens. Cōsequens est ut dialectica eiusq; sectatores ostendunt: quicq̄d id q̄d antecedit sequit̄ ut inimicitiæ bellum consequunt̄: nam si bellum est inimicitias esse necesse est: repugnantia uero intelliguntur quotiens id quod alicui contrariorꝫ naturaliter iunctum est reliquo contrario comparat̄: ut exempli cā quoniam amicitiæ & inimicitiæ contraria sunt. inimicitias uero consequit̄ nocendi uoluntas: & nocendi uolūtas & amicitia repugnantia sunt. Mūdi motus: hoc ē officiū physici naturalisq; phi ut talia fruteret̄: & curiose perspiciat. Septem alia: planetas intelligit: q̄ errantes sunt: quos Nigidius errores appellat ex qua plāetæ dicti: græce. n. πλανάομαι dr̄ erro & πλανήτης erraticus: acuagus. Altitudīe. distātia: pythagoras uir sagacis animi a terra ad lunam centum uiginti milia stadiorꝫ esse collegit: ab eaūsq; ad solem duplum: ad duodecim signa triplicatum. In qua snia & gallus suspitius fuit uerum incōperta hæc sunt & inextricabilia: & pœne dementis ocii est mundi ipsius mēsurā deducere ad digitos: de altitudine aut humilitate planetarꝫ inter se copiosius scriptum leges: apud Macrobium in somnium Scipiones fontem indico: ex quo largam potionem haurire possis cum uoles. Rata spatia ab incessus inquit Plinius uocamus errantia sidera cū errēt nulla minus illis. statim. n. sunt & ordinatissimi motus. & spatia planetarum. per Zodiacū stellæ errantes feruntur. luna per totā latitudinem. Zodiaci uagatur: sed oīno non excedēs cū mercurii stella. Ex duodenis partibus. tot. n. sunt signiferi latitudinis non amplius octonas pererat. mars quatuor medias. saturnus duas. ut sol. iuppiter mediā ptem. & sup eā duas. ptes aūt appello ut Pli. & Martia. ut schola eruditorꝫ. quos gradus noiant hoc amplius rata dicimus spatia cursus planetarꝫ. cū Saturnus. xxx. annis circulū suū pagat iuppiter duodenis mars biennio. sol annuo spatio. Venus signiferi ambitū pagat trecentis & duodequinquagenis diebus. Mercurius nouem diebus ocior sit. Luna uero quater septēis diebus curriculum suum cōficiat.

Logica rōnalis Dialectica disputatrix Logice Topica Analityca Inuentio iudicatio Epicurei cyrenaici Aristonchius Cōsequēs quid Repugnās quid

Errores Planete unde Incertualla planetarꝫ Stati motus stellarꝫ Motus p Zodiacū Partes gradus Quot annis pagrāt circulum planete

Horum nimirum aspectus impulit illos ueteres:& admonuit ut plura quærerent. Inde est indignatio nata initiorum tanquam seminum unde essent omnia orta:generata concreta; quæq; cuiusq; generis uel inanimi uel animati:uel muti:uel loquētis origo. Quæ uita quis interritus. quæque ex alio in aliud uicissitudo atq; mutatio. Vnde terra & quibus librata ponderibus : quibus cauernis maria sustineantur. In qua omnia delata.grauitate mediū mūdi locum semper expetant:qui est idem infimus in rotundo. Hæc tractandi animo & noctes & dies cogitanti existit illa adeo delphis præcepta cognitio ut ipsa se mens uitiis exutam cognoscat: coniunctāque cum diuina mente se sentiat:ex quo insatiabili gaudio compleatur. Ipsa enim cogitatio de ui & natura deorum studiū incendit illius æternitatis imitandæ. Neq; se in breuitate uitæ collocatam putat cum rerū cās alias ex aliis aptas:& necessitate nexas

Illos ueteres.De his Ouidius: fœlices animæ:quibus hoc cognoscere primum.Inq; domos superas scandere cura fuit. Nata initiorū disputatio apud philosophos morosa multiplex.discors:diu est agitata:q̄ sit origo rerū:thales milesius aquā principium rerū oium esse dixit.Heraclytus:ignem:magnorum sacerdotes:equam & ignem.Anaximedes aera Anaximander.Democritus infinitum dixerunt esse uniuersum: quoniā a nullo creatum immutabile etiam esse:eorū uero quæ non gignuntur nullum existere principium.Epicurus atomos pythagoras Empedocles.Epicarmus:aliiq; physici principia quatuor elementa Proposuerunt.Plato deum facturorē mundi esse autumāt. Aristo.P lini.Pythagoras:mundum in factum:& innatum: neq; interituȝ unq̄ crediderūt sed hæc & id genus alia cum nihil cōducentia sint ad bene beateq; uiuendū merito improbata sūt a socra.& de talibus Hieremias sensisse uidet̄ cum ait insatuatus est homo a scientia sua. Itaq; cū his occupari ī fructuosum negocium sit:ad illa magis intēdamus aium quæ conducibiliora sunt ptinētq; ad explicationem tusculanaȝ & uestigationem uitæ beatæ semper qua pn̄s cōmentario peruagat̄. Vel inai.carentis anima. ianima.n. dicimus quæ sine anima sunt lib.ii. de officiis:quæ ad hoium uitam tuendā pertinent partim sunt inanima ut auȝ argumentum.

Vel loquentis origo. Virg. Vnde hoium genus & pecudes. Varia est āt circa hoc opinio philosophoȝ:alii.n.de humore dicunt alii de igne;alii de atomis; alii de quattuor elementis dicunt esse originē hoium & cæteraȝ aiantium: qdam hoies semper fuisse tradunt:nec eorū generi caput exordiumq; ullum extitisse arbitrant̄:q̄ snia auctores haber pythagorā:samiū architā tarētinum oēsq; adeo pythagoricos. Item antiquæ academiæ philosophi non aliud uident̄ opinari Aristo.quoq; & Theophrastus:multiq; pterea non ignobiles peripatetici idem scripserunt. Eiusq; rei exempla dicunt quod negant omnino posse reperiri aues ne an oua prius generata sint:& cū ouum sine aue & auis sine ouo gigni non possit:itaq; oium:q̄ in sempiterno isto mo do semp fuerunt futuraq; sunt aiunt principiū fuisse nullum:qd̄ orbem esse quendā generātiū nascentiūq;:in quo uniuscuiusq; geniti initium simul & finis esse uideat̄:qui aūt hoies aliquos primigenios diuinitus natura factos crederent multi fuerunt:sed aliter hac existimatione uersari ecclesiasticum dogma cui credi utiq; conuenit:utpote sancto & probo tradit a deo factum esse hoiem:& cætera aiantia in primordiali originem mundi fuisse pcreata:de quoȝ conditu Ambrosius in examero:multa copiose & scienter pcensuit.

Vicissitudo:ex palingenesia dogmateq; pythagoræ:q apd̄ Ouidiū sic inq̄t:oia uertūt̄:nihil interit errat & illinc huc uenit hinc illuc:quoslibet occupat artus. Aristo.quoq; in libris de generatione. & corruptione aliud in aliud transmutari differit;& corruptionē unius esse alterius generationē:qn̄ ēt a Seneca scriptū est lib.iii.q̄onum:elementoȝ alterni recursus sunt qcquid alteri perit in alteȝ transit. Librata. ponderibus Oui.ponderibus librata suis. Plinius aeris ui tradit cum quarto aquarum elemento librari medio spatii tellurem eandemq; uniuerso cardine stare pendentem:librantem per quæ pendeat. Ita solam imobilem circa eam uolubili uniuersitate;eādemq; ex oibus necti eidemq; oia inniti. Cauernis terram cauernosam.fistulosam:uenosam esse autumant scriptores idonei;ex quo fit ut aqua pmeet & expssa syphonū mō exiliat q̄ tāne maria non crescunt:tot fluminū accessu quotidiano;nā q̄tū influxit p interuenia terræ fistulosæ: tantūdem egerit̄. Colat̄ aūt in transitu mare:& per multiplices anfractus terraȝ:amaritudinē ponit:auctores Seneca & Lucretius. Infimus in rotundo:in omni orbe uel spera medietas centrū uocat̄:nihil aūt aliud ē centrum:nisi punctū:quo spheræ aut orbis mediū certissima obseruatione distinguit̄:in sphera uero hoc solum constat. Imū esse qd̄ mediū est talis est terra;q̄ ob id a Plinio centralis dicta in q̄ ferunt̄ oia innitunt̄q; sp.n.pōdera in imū natura deducit. Præcepta cognitio.oraculi delphici pceptū est aureis lr̄is consecratū γνωθι σεαυτον.i.cognosce te ipm̄:super cuius significatu in .i. cōmentario copiose differui. Eo.n. præcepto pcipit deus ut mentem suam & aium qsq; cognoscat. Cum diuina mente.inter deū:& hoiem cognatio qdam est:ut inqt Seneca.i.conciliante uirtute;& origo animæ celestis:est meritoq; diuinæ auræ;particula nominat̄ a flacco. Causas necessitate uexas:fatum significat qd̄ græci.ειμαρμενην nuncupant. Ea est necessitas sibi inuicē:in diuiduo cōnexa sunt glutino:quaȝ prima eimarmene reȝ oium parit initia necessitas:̄ uero cogitat effectum quæ ex illis primordiis pendent has:ordo consequitur.i.contextus & distinctio temporis reȝ pficiendaȝ. Apuleius in cosmographia ait necessitatē esse ineffugibilem:q̄ deum semper,& ubiq; com-

De origine rerū uaria
Thales
Heraclitus
Anaximenes
Anaximāder
Democritus
Elementa principia
Mundus innatus infactus hieremias
Inanima
De origine animaliū
Homines semper fuisse
Aues ne an oua prius
Hoies primigenii dogma ecclesiasticū
Corruptō unius generatio alterius
Elementorum recursus
Librat̄ terra
Colat̄ in transitu mare
Imū medium ī sphera
cognosce teipsum
Eimarmene
Fatum necessitas
Necessitas ineffugibilis

tatur. Augu. in. v. de ciui. dei: oīum inqt connexionem serieq; cāusarum: qua fit omne qđ fit fati nomi ne appellantq; quidam autumant fato omnia fieri q̃ fiunt: quod si ita est: nihil erit in nostra potestate nullūq; arbitrium uoluntatis qđ neq; dignū est ut credat̃ neq; dignum ut referat̃: cum liberi arbitrii nos deus cōdiderit: feceritq; in nobis mentes uolun tatesq; adeo liberas: ut de ipso deo & male sentiamus & male loquamur cū nobis iubet Chrysippus estuans laboransq; q̄m in pacto explicet: & fato omnia fieri: & esse aliqd in nobis intricat̃ q̄stione implicatissima. Humana & citeriora: mortalē philosophiā intelligit quæ tractat ea q̃ nobis

Liberū in nobis arbitrium
Chrysippus implicatur

uidet: quibus ab æterno tempore fluentibus i æternum: ratio tamen mēsq; moderatur. Hæc ille intuens atque suspiciens: uel potius omnes partes horasque circunspiciens: quanta rursus animi tranqllitate humana & citeriora considerat. Hinc illa cognitio uirtutis existit: efflorescunt genera partesq; uirtutum. Inuenitur quid sit quod natura spectet extremum in bonis: quod in malis ultimum: quo referenda sint officia: quæ degende: ætatis ratio deligenda: quibus & talibus rebus exquisitis hoc uel maxime efficitur: quod hac disputatiōe agitamus: ut uirtus ad beate uiuendum sit seipsa contenta: sequitur tertia quæ per omnes partes sapiētiæ manat & funditur quæ rem diffinit: genera disptit: sequētia adiungit: perfecta cōcludit: uera & falsa diiudicat: disserendi rō & scientia. Ex qua cū summa utilitas existit ad res ponderandas: tū maxime ingenua delectatio & digna sapientia: sed hæc ocii. Transeat idem iste sapiens ad rem publicam tuendā quid eo possit esse præstantius: cum contineri prudētia utilitatem ciuium cernat. Iusticia nihil in suam domum īde deriuet: reliquis utat̃. Tot tāq; uariis uirtutibus: adiunge fructū amicitiarum: in quo a do-

ppiora sunt humanaq;: & hoībus cōducentia magis: q̃ illa naturalia: nā ut dixit Socrates q̃ supra nos nihil ad nos sicut ulteriora: dnr q̃ remotiora sunt: sic citeriora q̃ sūt uicimora ppioraq;: & citima pxima. M. Tullius in. v. đ repu. lunā citimā terris dixit luce aliena lucere. Genera. ut iusticia. fortitudo. prudentia & tempantia; qbus utpote generibus multæ spēs preseq; subiciunt̃: de qbus copiose dissenit̃ i. ii. rhetoricoꝝ: copiosius apud phos. Extremū in bonis. hæc disputatio latissime disputat̃ librisq; de finibus bonoꝝ & maloꝝ. Degēdæ ætatis rō. lib. i. de officiis p̄cipit cōstituendū esse quos nos & quales esse uelimus: & in quo genere uitæ: & in eo cōstanter pseuerandū: ad hāc aūt rōnē: q̃ maximā uim natura hēt: fortuna pximā utriusq; oino rō hñda est: in deligendo generæ uitæ: sed nature magis. Sequitur tertia. Dialecticā intelligit. de qua paulo ante satis multa. Cū ptim. Ad respōderandas. pp iudicationē: qua inuenta magsa dialectica ppendimus. Hæc ocii. talia tractantur in ocio a sapiente qđ oī negocio pulchrius est: qđ oībus pœne ferisactionibus anteponendū ut̃: sapiens. n. in ocio, maiora utilioraq; cōficit: q̃ alii negocio: meritoque scipionē laudāt q dicere solitus erat: nunq̃ se minus ociosum esse q̃ ociosus esset. Idē sapiens. quē. s. aio fingimus & cogitatione cōplectimur. Ad rē pu. tuēdā. cōtra epicurus non accedet inquit ad rē pu. sapiens nisi qd interuenerit: negant stoici sapiētē ad q̄libet rempu. accessuꝝ. Interrogo te inquit Seneca ad quā rempu. sapiens accessurus sit ad atheniensiū? in qua socrates damnat̃: ad carthaginensiū? in qua assidua seditio: & optio cuiq; infesta libertas est: aduersus hostes in hūana crudelitas: aduersus suos hostilitas: si pcensere singula uoluero: nullā inuenero rēp. q̃ sapiētē aut quā sapiēs pati possit. Adiunge fructū amicitiaꝝ: qō ē utrū sapiens & btūs idigeat amicis: qdā. n. nihil amicis opus esse hoī beato autumant: adesse. n. illi bona oia nec ullo p̄terea indigere: sed uidet̃ inqt uere Arist. in. ix. ethicoꝝ absurdū cū oia beato tribuat̃ amicos non tribuere: qđ maximū uidet̃ esse bonoꝝ: tolle amicitiā ex cōmertio hoīum solē ipm est mundo sustulisse ui deberis: nec uita nostra peterit esse uitalis: nullis boni ut inqt Seneca sine sotio iucūda possessio est: q in aduersis sunt indigent auxilio: & q in psperis indigent his qbus cū bona cōicent: aspectus amicoꝝ dulcis est in rebus secundis: & in rebus aduersis iucūda p̄ntia merito laudat̃ dictū illud. εστινο φιλοσ αυτοσ. amicū esse alteꝝ seipm & illud σωματα μενδυο ψυχη δ μια. corpora qdem duo: aīa aūt una: idem uelle & idē nolle ea demū pfecta est amicitia: qua nihil optabilius: nihil dulcius: nihil beatius esse pōt. Ego ut de me loquar uitā in amabilem igratā insuauē esse iudicio citra amicoꝝ cōsuetudinē: sunt mihi amici cōplures: sed unus oium carissimus uetustissimusq;. Minus roscius: cui. xx. ab hinc annis amicitia familiaritateq; quotidiana copulatus sum in tm̄: ut nihil possit eē copulatius: nulla unquam toto hoc tp̄e septimana p̄terit: qn una conuiueremus: legeremus. fabularemus. Illius domus non mihi minus nota quā mea: nō minus in familia roscioꝝ libere & familiariter dego agoq; oia: q̃ inter domesticos parietes. Iāq; adeo innotuit nostra hæc apud oēs amicitia ac mutuus amor: ut q uolunt ap minū esse impetrabiles utant̃ me potissimū depcatore: cū ille: qua in me fœlicitate est: nihil magis cupiat q̃ desideriis meis satisfacere: debeo illi multū: & in dies plurimū: quotidie cumulāt̃ beneficia: nec unq̃ expungunt̃. Magnū hoc ego duco: ut nihil magis qđ placui mino roscio inter senatores præstantissimo: iter opulentos ditissimo: inter eruditos litteratissimo atq; ois policitæ prudentiæ cōsultissimo: cuius nitorē affibilitatē elegantiā dexteritatē ingenjū p̄ntissimū. Exosculor amo suspicio. Tu mi Philippe optime nr̄: quemadmodum in ore mēo semper est Minus roscius; qui cum seria & ioca; ut dicitur: qui mihi auxilia-

Vlteriora Citeriora Citima cōstituendū quid esse uelimus

Ociū sapientis pulchrius negocio
Sapiēs nō accedit ad rempu.
Amicitiā maximū bonum
Aspectus amicorū dulcis
Nihil amicitia p̄stantius
Minus roscius amicorū optimus
Nota amicitia Beroaldi cum roscio
Laus Mini roscii
Qui cum ioca & seria

rius consiliarius est in rebus tã meis q̃ amicoꝝ: breuiterq; nihil põt esse iucũdius amicitia roscii & Beroaldi. Nõ inter piladẽ & horestẽ: nõ inter theseũ & pyrithoũ: nõ inter reliquos noĩe amicitiæ famigeratos: arctior beniuolentia: cõsuetudo iucũdior amor sincerior extitit: fortassis & olĩ nomẽ nostrũ inter rara amicoꝝ paria cũ laude celebrabit᷑: libuit ex amoris affectu hæc obiter intexere: cũ de fructu amicitiaꝝ: cõmemoratio ãt uellens cõmonuisset ne silẽter pterirẽ amicitiæ bonũ quo nullũ maius: q̃ tũ pp se tũ pp fructũ est expetẽda: & inter honesta cũ primis noĩat᷑: amicitiaꝝ aũt ptim sunt ueteres: ptim nouæ ptim ab illoꝝ pti ab nr̃o bñficio pfectæ: ptim utiliores: ptim minus utiles: sed illa haud dubie reliqs oĩbus sanctior religiosiorq; anteponẽda ẽ: q̃ in scholis: & ex studioꝝ similitudine cũ parata ad senectutẽ usq; firmissime durat: talis amicitiæ nexus ẽ mihi cũ roscio: meo: in scholis. n. inchoata i lr̃ario studio aucta: ad summũ puenit: futura durabilis & indiuulsa ẽt ap manes: si mãibus ullus ẽ sensus.

Par amicorum roscius & beroaldus

Amicitia expetẽda

Amicitia in scholis sancta

Ad epicu. cũ ẽ sẽsus epicurus psis uoluptarius: dicat sepientẽ ẽẽ si utat᷑: & i tauro phalaridis torquat᷑ dictuꝝ q̃ suaue est: qd nos facere oportet: q summũ bonũ uirtute metimur: summũ malũ turpitudĩe de finibus quasi dicat nos longe magis debere audẽter dicere: & palã pfiteri sapientẽ futuꝝ beatũ ẽẽ in cruciatu atq; tormentis. Induit psonã: quasi dicat Epicurus solo habitu fuisse philosophũ & noĩe: cum re uera: alienus esset a phia: utpote ut in uoluptate summũ bonũ poneret. In dolore summũ malũ: qd᷑ iudicium nõ multũ differt a iudicio brutoꝝ aĩantiũ. In uocibus occupatos. Epicurus sæpe inquit q̃siui aliquot ex his q appellabant᷑ sapientes quid hẽrent: qd in bonis relĩq̃rent: si uoluptates corpis detraxissent nisi uellẽt inanes uoces fundere nihil ab his potui cognoscere: q nisi uirtutes ebulire uellent᷑: & sapiẽtias nihil aliud dicent: nisi eã uiã q̃ effĩciant᷑ hæ uoluptates: q̃ sapore auditu tactu: & quolibet sensu percipiunt᷑. Aut lene: qd᷑ uoluptatis est. Aut asperũ. qd᷑ doloris est.

A iudicio feraꝝ. Aristo. uoluptates iq̃ gustatus & tactus belluinæ sunt: his. n. feræ summum bonũ metiunt᷑. Et idcirco in pecudũ ferorũq; aĩaliũ habet᷑: quisqs ẽ his feris uoluptatibus puinctus. Obliuisci sui: epicurus obliuiscit᷑ sui cum ait sapientẽ futuꝝ beatũ ẽẽ in tormentis tauroq; phalaridis: ppea qd᷑ aliã dissentiunt ab eius dogmate: q oẽ bonũ collocat in uoluptate: & malũ i dolore q̃ res tota fortũæ subiecta est: supra quã fortunã sapiens dr̃ esse positus: gñaliter qlibet dici põt obliuisci sui: q diuersa dicit & dissidentia ab his q̃ sentit tradit q;. Firmitatẽ aĩ. in scdã tusculana dictũ est: ad tollerandũ dolorẽ remedia illa esse efficacissima uidelicet aĩ cõrẽtionẽ: paciẽtiã cõsuetudinẽ & alia cõsimilia: q oĩa idĩdẽ poteris mutuari: ubi copiosissime explicant᷑ talia aũt remedia nõ sibi cõpauit epicurus q̃ sunt optima ad doloris ppessionẽ: sed recordatiõe pteritarum uoluptatũ: utitur p remedio maloꝝ: tãq̃ possint pteritæ uoluptates ad memoriã reuocatæ sedare mitigareq; psẽtia mala qd᷑ paꝝ pbabile est: æpicuro. n. uoluptatum pceptaꝝ recordatio beatam uitã facit: qui moriens sic scripsit in epistola ad hermacũ: cõpensabat᷑ cũ his oibus malis aĩ leticia: quã capiebã memoria rõne inuentionũq; nostroꝝ: contra Euripides dixit suauis est pteritoꝝ laboꝝ memoria uidenturq; puerbium uerius esse q̃ epicuri dogmata. Vulgo. n. dr̃ iucudi acti labores: ex quo est illd᷑ uirgilianũ: forsã & hæc olim meminisse iuuabit. Gelidis fluminibus. lib. i. de legibus duos fluuios in arpinati esse testat᷑ quoꝝ alteri fibreno nomẽ fuit: in quo erat insula in altero marianã q̃rcũ celebrat: ubi de legibus disputatio istituit᷑.

Voluptates pelui nequæ

Obliuisci sui

Recordatio uoluptatum

Iucundi acti labores

Fibrenus i arpinati

ctis positum est cum consilium omnis uitæ consentiens: & pœne conspirans tum summa iucunditas e quotidiano cultu atque uictu. Quid hæc tãdem uita desiderat quo sit beatior: cui rei refertæ tot tantisq; gaudiis fortuna ipsa cedat necesse est. Quodsi gaudere talibus bonis animi: idest uirtutibus beatum est: omnesq; sapientes iis gaudiis perfruuntur omnes eos confiteri beatos esse necesse est. A. Etiam ne in eruciatu atq; tormẽtis. M. An tu me ĩ uiola putas: aut in rosa dicere: an Epicuro qui tantum modo induit personam philosophi: & sibi ipse hoc nomen inscripsit dicere licebit. Quod quidẽ ut habet se res: me tamen plaudente dicit nullum sapienti esse tempus: & si uratur torqueatur secetur: quin possit exclamare quam pro nihilo puto. Cum præsertim omne malum dolore diffiniat bonum uoluptate: hæc nostra honesta: turpia irrideat: dicatq; nos ĩ uocibus occupatos inanis sonos fundere: neq; quicquã ad nos pertinere: nisi quod aut lene aut asperum in corpore sentiatur. Huic ergo ut dixi nõ multum differenti a iudicio ferarum obliuisci licebit sui: & tum fortunam cõtemnere. cum sit omne & bonum eius & malum in potestate fortunæ: tum dicere se beatum in summo cruciatu atque tormentis: cum constituerit non modo summum malum esse dolorem: sed etiam solum. Nec uero illa sibi remedia comparauit ad tolerãdum dolorem firmitatem animi: turpitudinis uerecundiã: exercitationẽ consuetudinemque patiendi: præcepta fortitudĩs: duritiam uirilem sed una se dicit recordatione acquiescere præteritarum uoluptatum: ut si quis estuans cum uim caloris non facile patiatur recordari uelit se aliquando in arpinati nostro gelidis fluminibus circũfusum fuisse. Non. n. uideo quomodo sedare

Is. Epicurus. Non liceret: nō licet phō uoluptario: summūq; bonū in uoluptate ponenti dicere sapiētē eē beatū id.n. incōgruens dissentiesq; decretis eius est. Ex quo fit ut a semetipso redarguat̄ cū ea dicat: q nō sen tiat q uestitū sic sniam hēat aliā domesticā aliā forensem: ut in fronte ostētatio sit intus ueritas occultet̄: meritoq; incessit̄ epicurus tanq̄ incōstās sibiq; pugnās lib. ii. de finibus. Quidnā faciendū. si epicurus dicit beatū eē sapiētē: q̄to magis id asserere debēt stoici: q nihil in bōis ducūt p̄ter hōestū. Balbutire. quēadmo dū hō balbus neq̄t sensa aī explicare dicēdo; nec plāe eloq; & dū fari conat̄ magis ac magis implicatur sic Balbutire philosophos

possint mala p̄sentia præterite uoluptates: sed cum is dicat semper beatū esse sapiētem: cui dicere hoc: si sibi constare uellet: non liceret: q̄dnam faciendū est iis q nihil expetendū: nihil in bonis ducendum quod honestate careat existimant. Me q̄dem aucto re etiam peripatetici: ueteresq; academici balbuti re desinant aliquando. Aperteq; & clara uoce au deant dicere beatam uitam in Phalaridis taurum de scensuram: sint enim tria genera bonorum ut iam a laqueis stoicorum quibus usum me pluribus: quā soleo intelligo recedamus: sint sane illa genera bo norum dum corporis & externa iaceant humi: & tan tummō qui sumenda sunt appellent̄ bona. Alia au tem diuina illa longe lateq; se pandāt: cœlumq; cō tingant: ut ea qui adeptus sint: cur eum beatū mō & non beatissimum etiam dixerim: Dolorem uero sapiens extimescit. Is enim huic maxime sententiæ repugnat. Nam contra mortem nostram atq; nfo rum: contraq; egritudinem: & reliquas animi per turbationes: satis esse: uidemur superiorum dierū disputationibus armati & parati. Dolor esse uidet̄ acerrimus uirtuti aduersarius. Is ardentis faces in tentat. Is fortitudinem: magnitudinem aī patienti am se debilitaturū minatur. Huic igitur succumbet uirtus: huic beata sapientis & cōstantis uiri uita ce det? Quam turpe o dii boni. Pueri sparciatæ nō in gemiscunt uerberū dolore lanitati. Adolescentium greges lacedæmone uidimus ipsi incredibili conten tione certantes pugnis: calcibus. unguibus morsu deniq; ut examinarent̄ priusq̄ se uictos faterentur. Quæ barbaria India uastior aut agrestior: in ea tñ gente primū hi q sapiētes hēnt̄: nudi ætatē agūt & caucasi niues: hiemaleq; uī p̄ferūt sine dolor̄. Cūq; ad flāmam se applicuerunt: sine gemitu adurūtur.

p̄lii balbutire dicunt̄ qn̄ pauꝝ diserte: parūq; expedite explicant s̄nias: mussitantes ma gis in angulis: q loquentes in ꝑpatulo: tales ait esse academicos: q palā non audēt dice re. Cū id tñ sentiant: beatū fore sapientē et in tormētis collocatū: & beatā uitā descensu ram in taurū phalaridis iaceāt humi cōpa ratione. s. aī bonoꝝ: q̄ i libra critolai imposi ta tm̄ p̄pōderant. ut terrā & maria d̄primāt. Sapiēs extimescit. i. ii. tusculana: satis mul ta ad dolorē tollerādū dicta sunt: q a sapi ente haud dubie supat̄. opprimit̄q; pacien tia atq; uirtute. Succūbet uirtus. interroga tiue legendū quasi dicat nullo pacto succu bitura dolori uirtutē: nec sapiētē illi ex ul la p̄te cessuꝝ. Pueri sparciatæ: repete quæ scripsimus in. ii. cōmētatio de tolerātia pue roꝝ: quos βωμονικοσ appellāt. i. ad arā dpu gnātes: q sic uerberibus accipiunt̄ ut nōnūq̄ ad necē usq; cōtendant: si ergo pueri dolo rem uicere p̄nt tāto magis uiri posse debēt ponissimūq; sapiētes. Dimicatio sparciataꝝ pueroꝝ græco uocabulo διαμαστιγωσισ. i. diflagellatio: q̄ fit apud illos singulis ānis. qua q diutius uerbera tollerat it: & q uictor euaserit illustris clacusq; habet̄ sæpe totū diē uirgis cesi in ara orthiæ diāæ: p̄seuerāt hilares ac gestientes: uelut a sensu doloris alienati. India uastior: tanta indi æ uastitas est: ut eā tradant tertiā p̄tem esse terraꝝ oīum. Alexā. magni comites in eo tractu īdiæ q̄ subegerāt: scripserunt. xv. milia oppidoꝝ fuisse. Inde p̄pe gentiū soli nunq̄ emigraue re finibus suis illic binæ messes in anno sūt. Binæ æstates. lenes auræ tempies cœli uber tas soli aquaꝝ habūdantia: q oīa faciunt u maiora in india q̄ i cæteris regiōibus nascā tur aīalia. Nudi ætatē agūt. Gymnosophi stas significat: qui phī indoꝝ sunt: q ab exor tu ad occasum p̄stare dicunt̄ solē cōtuētes: immobilibus oculis feruentibus harenis to to die alternis pedibus insistētes. Gymneta & gymnosophistas uocāt quia nudi degunt ac philant̄: de quibus Pli. Strabo Soli. Philo stratus. Cæteri oēs; nihil. n. notius celebrati usq; gymnosophistis indoꝝ: qui sapientiā p colunt: tā magistri senes: q̄ discipuli iunio res: quoꝝ hic mos est: ut mensa posita priusq̄ edulia apponant̄: magistri adolescentes interrogent: qđ quisq; bonū laudabileq; eo die factitauerit. Alii alia se fecisse cōmemorant: q nihil habet ad offerre cur prande at impransus ad opus foras extrudit̄. Sine gemitu adurunt̄: dictū est in. ii. cōmentatio: quēadmodū gym nosophistæ semet uiuos efferunt. In flammamq; ultro coniciunt: sicut calanus fecit alexādri familiaris: qn tus curius apud hos inq̄t occupari diē fati pulchrū. Et uiuos se cremari iubent: q̄bus aūt segnis ætas aut in cōmoda ualitudo est: expectatā mortē ꝑ dedecore habēt; nec ullus corporibus q̄ senectus soluit honos sol uit inq̄nari: putant igē: nisi qui spirantes recipit: uidet̄ aūt. M. Tul. hoc in loco non tā de hac rogali flāma loqui: quam de ea: qua utimur causa calefaciendi: ut sit sensus: gymnosophistas frigora tuum & æstus flā mæ perferre citra dolorem & gemitum: ut flammis adurantur sine gemitu: ut in niuibus sint sine dolore

Marginal notes (right margin, top to bottom): Bomonice sparciatæ · Diamastigosis · India tertia pars terraꝝ · Binæ æstates · Gymnosophistæ · Imprāsus extrudit̄ · Occupare fatum pulchrum

De uxoribus indo℞ Cum uiris cremantur

Mulieres in india. de his affatim scripsimus in cōmentariis propercianis. Enarrantes illud, fœlix eois lex funeris una maritis: sed cum pulchra ut inquit Plato: bisterq; dici possint: nihil oderit hic quoq; alibi tradita repetere. sunt īdis singulis uxores plurimæ: & cū maritus decesserit: suam apud grauissimos iudices q̄q; de maritis agunt cām: & q̄ officiosior cæteris shīa uicerit iudicantiū hoc palmæ refert p̄miū: ut arbitrio suo ascendat rogū coniugis & ueluti uictrix gaudio exultans se flāmis coniugis supiicit: & cum eo tanq̄ fœlicissima cremat̄: cui semetipsam inferias dat: cæteræ cum nota uiuūt: & in gloriæ p̄manēt. Onesicritus auctor est. Ideo uxores cū uiris defunctis cremari: qđ cū aliqñ adolescētulos adamarēt a uiris secedebant: uel eos ueneno interimebāt: ut ergo ueneficia tollerent̄ hāc legē cōditam esse tradit q̄ profecto & lex & cāneq; straboni: neq; aliis satis ꝓbabilis uī.

Infectus

Infecimus. polluimus maculauimus. corrupimus infectus nomen est quarti ordinis: & accipit̄ a Plinio ꝓ tinctura: cū ait in. viii. de lanarum infectu suis locis dicemus. Dixit Seneca diu iquit in istis uitiis iacuimus. Elui difficile est: non. n. inquinati sumus sed īfecti.

Quāuis carnificinam. i. q̄cūq; ex carnificationem cruciatumq; de carnificina dictum est in tertio cōmētario.

Quā ibin: singulæ pene in ægypto ciuitates singulas bestias colunt: & portenta uenerantur: unde & urbes quoq; apud eos ex animaliū uocabulis nuncupantur: ut leōtopolis: cynopolis: lycopolis: a leone: catone: lupo: quos pro numinibus habent: nam quædam animalia sunt: quæ ægyptii uniuersi colunt quēadmodum ex terrestribus tria: bouem. canem. felem. ex uolatibus duo: accipitrem atq; ibin: ex aquatilibus totidem. lepidotum piscem: & oxytinchum: alia uero sunt: quæ quisq; populus seorsum colit: ut lupum lycopolitani: ut hircum mendesii: ut leonē leontopolitani. Scarabeos quoq; inter numina colunt: & alia ac cepas inter deos iureiurando habent auctores Herodotus. Strabo: Appion. Plinius Hieronymus Iuuēalis. cæteri. Causas aūt huiusce superstitionis plures afferunt: partim fabulosas: partim historicas. De quibus Diodorus in secundo Bibliotecæ. Ibis quā pleriq; ciconiam falso credunt auis est ægypti pecularis. cuius duo genera: altera magnitudine & figura cicōiæ similis altera tota nigra: nullū erat alexandriæ triuiū nō illis plenū ptim utilr ptī inutilr. Vtiliter qdem: qa marcelli īmundicias colligit. Inutiliter uero quia īmunda est: & oīa īdiscriminatim cumest. Docuit hæc auis usum clysteris rostro cluens aluum. Ibes suas ægyptii inuocant aduersus serpētiū aduētū: ob id dixit satyrographus saturā serpentibus ibin: ꝓ re digna annotatu memorat plinius. Ibin olim in alpibus uisam cū sit ut dixi perularis ægyptii: q cunq; in ægypto ibin occiderit: siue sponte. siue insciēter: morte mulctat̄. Aspidē. aspidum plures spēs sunt inter quas est hypnale: a somno noīata: necat. n. ui somnificaemiturq; ad mortē hinc illud Lucani: & fecimus aspida mercē. hac petiit cleopatra. Plinius & græci uocāt aspidas quasdā græco uocabulo ptyadas: qm̄ uenena in oculos hoīum expuant πτυω. n. expuo significat: aspidum colla ueneno intumescunt: nullo ictus remedio p̄ter q̄ si confestim partes contactæ amputent̄: interneciumbellū habet aspis cū ichneumone: q limo loricatus in dimicationem pgit. Caudaq; illudens aspida debellat: de quo intellexit Luca. cū ait. Aspidas ut pharias cauda solertior hostis ludit: & iratas in certa prouocat umbra. Aut felem. græce αιλουρος latine feles dr̄: est aūt id aīal. qđ uulgo catum noīant: male litterati muscipulā a muribus capiendis appellitant: cū muscipula a luculentis scriptoribus sicut a Var. & Seneca. accipiat̄ ꝓ ipso decipulo: instrumentoq; ad mures capiendos accōmodato. Pli. ait in. xi. oculos filiū in tenebris fulgere. Idē in. x. auctor est feles excrementa sua obruere effossa terra. intelligentes odorē illū indicē sui esse. Idem tradit feles cōcumbere mare stante populi fœmina subiacente. apud Columelā & Varro. feles accipiut̄ ꝓ eo aīali: qđ uulgus fouinū & marturellū appellat. In tāta αιλουρος. i. feles apđ ægyptios erat ueneratione ut qcunq; felem occidisset siue de industria siue p imprudentiam concursu populi īterficeretur: olim miles romanus felem nec qdem sponte accidit: tunc repente cōcursus plebis ad eius domū factus est: nec ullo terrore ab hoīs pena absterreri poterunt: qđ se uidisse Diodo. affirmat: cū ī ægyptū nauigasset. Oui. canit dianam olim ob metum gigantum in felem esse transfiguratam: qđ & Higinus quoq; memorat.

Aut canem. cynopolitana præfectura cumptimis canem uenerant̄: unde & nomen hinc illa mordacitas satyrica: oppida tota canem uenerantur nemo dianam. M. Tullius. In primo de legibus icirco qui canem: & felem ut deos colunt: non eadem supstitione qua cæteræ gentes cōflictant̄. Refert Strabo q̄ a nubis deus q capite canino figurat̄ colit̄ in ciuitate canum idest cynopoli: ubi sacer quidam cibus est canibus cōstitutus.

Aut crocodilum. in ægypto urbs est arsione q̄ prius crocodelo℞ ciuitas uocabatur. In hac præfectura mirimmodum colitur crocodelus: & est sacer: nutritur a sacerdotibus: pane carne & uīo Strabo uidisse sese refert mulium præberi: & bellaria crocodelo sacro: herculis uero ciuitas colit ichneumones: q crocodolis & aspidibus p̄niciē p̄ferunt: de crocodilo. Pli. Soli. Herodotus copiosissime: crocodilō ex eo dictū autumant

Mulieres uero in India cum est cuiusq; earum uir mortuus: in certamen iudiciumq; ueniūt: quā plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent eē nuptæ quæ uictrix ea læta prosequētibus suis una cum uiro in rogum imponitur. Illa uicta mœsta discedit. Nunquam naturam mors uinceret. Est enī ca semper inuicta: sed nos umbris delitiis ocio: langore desidia animum infecimus: opinionibus: maloque more delinitum molliuimus. Aegyptiorum morem quis ignorat: quorum imbute mentes prauitatis erroribus quāuis carnificinam prius subierint: quā ibin: aut aspidem: aut felem: aut canem: aut crocodilum uiolent. Quorum etiā si imprudē-

Vrbes ī ægypto ab aīalibus noīatæ
Aīalia pro dus
Digna cognitu
Scarabeus inter deos
Ibis
Clystere ab ibi
Aspidum genera
Hypnale a somno
Ptyades a sputo
Ichneumō
Locus Lucani
Feles
Eluros
Muscipula
Qui occidit felem necatur
Fele solor phebi
Cynopolitani
Canis deus
Crocodelō aderat
Crocodilus unde

